ALLI



M. ACCI PLAVTI

CAPTEIVEI

AD XLVII VETT. CODICVM FIDEM

EMENDAVIT

ATQVE

COMMENTARIO INSTRVXIT

FRANCISCVS M. AVELLINIVS I.C.

NEAPOLI

Excudebat MICHAEL MORELLIVS

cIↃIↃcccvII

Publica auctoritate.

Docti ab aliquo facile et libenter ſententiam commutabimus: non enim parum cognoſſe, ſed in parum cognito ſtulte et diu perſeveraſſe, turpe eſt; propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum ſingulari uniuſcujuſque vitio eſt attributum.

CICERO de Inventione Lib. II. c. 2.

CLARISSIMO VIRO

IOANNI ANDRESIO

REGIAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO

EDITOR.

EX quo novam Plauti Capteivorum recenſionem, magis privatae exercitationis gratia, quam ut in lucem unquam proferretur, coeperam inſtituere; non ſine maxima voluptate memini, Vir Eruditiſſime, tot ſubſidiis ad eam perficiendam a Te auctum fuiſſe, ut brevi tempore iis fuerim copiis inſtructus, quibus profecto poterat Plautus a plurimis mendis, quae illum obſederant, luculentiſſime reſtitui. Poſtquam vero res eo devenit, ut Commentarius

jam ad umbilicum deductus esset, et illum tamen in publicum proferre aetatis verecundia vetare quodammodo videretur; Tu solus fuisti, qui meas aliquid esse nugas existimasti, atque uti in lucem proferrentur, potissimus auctor extitisti. Quod tamen de eo judicium quamquam me non mediocri laetitia perfuderit, quum ei Viro mea non omnino displicuisse viderem, a quo probari maximam laudem semper existimassem; ita demum me, uti notas hasce in Plautum publicas facerem, suaserunt, si iis Te potissimum patronum sineres advocari. Quod quum Tu pro Tua benignitate dedignaturum non esse ostendisses, coepi tum sedulo opus urgere, atque id denique Tuis auspiciis in publicum emittere. En igitur Tibi, Vir Doctissime, Plautum Tuum illum, cui Tu adeo favisti, uti si quid in nova hac recensione acquisierit, id totum se Tibi soli debere profiteatur oportet. Quod superest vero, tenuissimum hoc obsequii, gratique animi testimonium, quod Tibi innumeris pro meritis offero, ea affectione complectaris velim, qua me atque mea omnia prosequeris. Sic valeas, Vir Clarissime, meque Tibi tot nominibus addictissimum, quod facis, amare pergas!

DABAM NEAPOLI VI. KAL. MAIAS CIƆIƆCCCVII.

AEQVO LECTORI SAL.

SI qui sunt e vetustis Scriptoribus, qui jure merito de suis fortunis conqueri possent, in his profecto Plautus Latini ille eloquii, si Gellium audias, Princeps, ac Decus nomen omnino suum profitetur. Quum enim is ea maxime aetate litterariis formulis excusus, ac commentariis fuerit instructus, qua vel politiores inter, ac doctiores philologos usus increbuerat veteres auctores ad suum lubitum exigendi, proprias conjecturas in textum intrudendi, membranarum vero exiguam habendi rationem: hinc adeo multa in eo perperam, longeque alio, ac par fuisset, sunt constituta, ut asserere non dubitem, ipsum Plautum, si post tot annos ab Orco revocaretur, manum suam in vulgatis editionibus saepe esse desideraturum. Postquam vero cordatiores viri, et quibus aequus favit Apollo, serpenti, ac foedissime grassanti licentiae occurrendum esse decrevere, ac nihil in veteribus auctoribus, scriptis libris invitis, audendum esse docuere; quamquam ex eo tempore passim longe majorem in iis edendis religionem erit deprehendere; non ideo tamen minus in nostro, quae priorum editorum intruserat omnia ad eorum gustum corrigendi libido, sarta tecta in posterioribus editionibus sunt servata; quum neminem, malo quodam fato, Latinorum salium ac leporum jure suo Arbiter Plautus habuerit, qui eum iterum post Gronovium ad veteres membra-

branas recensitum publicae lucis usura donasset. Quum enim haud facile sit ex iis, qui ad nos usque pervenerunt, Graecis Latinisque Scriptoribus, quem elapso saeculo haud videos iterum notis ac commentariis a doctis hominibus Germanis praesertim, ac Belgis instructum; Plautum tamen qui denuo recenseret, vel quod operis difficultate omnes absterrerentur, vel alia profecto quacumque de caussa, centum et quod excurrit annis, inventus est nemo. Tam largum itaque adhuc in eo superest post angustissimam messem spicilegium, ut nihil sit verendum, ne futuro ejus editori materia, si bonos ac multos scriptos libros nactus ad eorum fidem Plautum diligenter castigare velit, sit defutura.

Nos interea quum de Plauto pro exiguo virium nostrarum modulo benemereri decrevissemus, quae in hac fabula recensenda praestiterimus, paucis nunc Tibi, Lector, exponemus; ut simul consilium propositumque nostrum tenere, atque an optatam metam contigerimus, possis aequius judicare. Id tamen ut assequamur, quaedam principio de Plauti fato atque editionibus sunt adnotanda.

Plautum a renatis litteris saepissime typis exceptum, atque commentariis instructum fuisse, nemo est profecto qui nescit. Vti primas illas praeteream Merulae, Vallae, Saraceni, Piique recensiones, quae tamen plurima egregia nugis plurimis admista exhibent saepissime; de Plauto haud male sunt meriti Charpentarius, Angelius, Longolius, aliique, qui illum ante Camerarium edi-

didere. Camerarius usus praestanti Codice Viti Verleri Plautum a plurimis mendis emendavit; saepissime tamen suo judicio nimium indulgens, probam lectionem, ne monito quidem lectore, pro arbitrio ejecit, suasque opiniones in textum recepit. Sequuti sunt Camerarium Sambucus, Dousa, Cu-rio, Gulielmius, qui nisi quando nimium audent, nostrum juvant saepissime; atque, qui primam sibi vindicat sedem, Dion. Lambinus de nostro immortaliter meritus. Post hos Gruterus, atque Taubmannus novis Codicum collationibus Plautum instruxere, atque, nisi Camerario, etiam quum errat, nimium obsequerentur, multo magis certe de nostro meruissent. Grutero suam editionem opposuit Pareus vir ἀλαζονέστατος, *qui tamen inter plura inepta, ridicula, atque inaudita, aliquando Plautinam lectionem exhibet emendatissimam: Nota hujus lis cum Grutero plane pudenda, quae plures tamen novas Plauto recensiones, atque insignia nonnulla peperit observata. Minutas Plauti editiones Heinsianam, Buchnerianam etc. facile superavit Boxhornius, qui Plautum Camerario-Taubmannianum cum notis, ut ajunt, variorum bis edidit Lugd. Bat. A. 1645 et 1662. 8. Boxhornium sequutus est Vir summae eruditionis atque ingenii J. F. Gronovius, qui si Plautum magis suo, quam aliorum judicio recensitum nobis exhibere voluisset, insigni Latinas litteras beneficio destrinxisset. Notulae enim Gronovii, quae sparsim in ejus editione leguntur, sunt solidae eruditionis refertissimae, atque ex quibus*

uti-

uti ex ungue leonem, qualis futurus fuiſſet perpetuus ejus Viri in Plautum commentarius, licet augurari. Gronovianum Plautum editiones poſteriores fere omnes exhibuere ad annum uſque 1788, *quo e ſocietatis Bipontinae officina Plautus prodiit a Cel. philologo Rich. Phil. Franc. Brunckio emendatus*, ideſt, *ut ibi dicitur*, in veritatem antiquam reſtitutus. *Ex eo tempore integrum Plautum edidere Viennae* 1792. *Cl. Span, et Gottingae* 1804. *Cl. Schmieder, de quibus, uti et de Brunckio nonnulla inferius adnotabimus.*

Quaeri igitur hic poſſe videtur, cur a doctiſſimis Viris toties editus Plautus, atque illuſtratus adhuc medico egere videatur. Equidem, aut ego fallor, aut quod ille quondam ait,

Πολλων ιατρων εισοδοι μ' απώλεσαν

Plauto noſtro aptari poteſt planiſſime.

Nam uti praeteream, doctiſſimos quoſque Viros, quod ab initio ſum conqueſtus, φιλακριβειας *atque ingenii oſtentandi gratia, veterem lectionem ſaepe leviſſima quaque de cauſſa ejicere, atque ejectae novam ex eorum ingenio, i. e. genuinis ſpuria, antiquis recentia ſurrogare; illud in Plauto quoque acceſſit incommodum, quod eum ad metricas leges coacturi paullum quidem abfuerit, quin penitus perdidiſſent. Signum vel ab anno* 1506 *dedit Pylades Buccardus, qui Brixiae Plautum metro coactum, ideſt turpiſſime qua mutilatum, qua interpolatum edere eſt aggreſſus. Quem quamquam eruditi omnes vel ex eo tempore exagitaverint, in poſteriorum tamen*

men editorum animo adeo insedit haec regula, Plautum esse ad Pedias leges redigendum, ut illum misere ubique dilaceraverint, ubi metrum iis parum procedere videbatur. Atque magis quidem haec opinio coepit obtinere, quum vir, uti eruditionis summae atque ingenii copiis instructus, sic, si quis alius, Criticorum audacissimus, Rich. Bentlejus Terentium a se metricis legibus obstrictum edidit, idem quoque in Plauto se facturum minatus. Quod tamen quum nescio qua Plauti fortuna ad effectum non perduxisset, visus est aliquantulum Plautus ab importunis his correctoribus liberatus, quum ecce tibi iterum de Plauto ad metricas leges reducendo ingens oritur e Germania exspectatio. Brunckium in sua editione idem habuisse consilium, qui eam studiose consulat, dubitabit nemo; passim enim versus pleniores efficit, insertis hinc inde vocibus; passim plura tollit, mutat, transponit. Sed Brunckium excepere Reizius, Bothe, Hermannus, qui certatim ad Bentleji vestigia properare sunt professi. Edidit primus Rudentem, ut ait, ad editionum antiquarum fidem, tum ad criticorum emendationes, et ad metricae legis normam passim refictam etc., *i. e. in iis omnibus, quae metro convenire non videbantur, pro lubitu vel interjectione quadam, vel detractione, vel mutatione constitutam. Parem tenuit rationem Vir Cl. Godofr. Hermannus Lipsiensis atque Reizii, ut ipse profitetur, discipulus, qui Trinummum edidit Lipsiae* 1800 *simulque spem fecit reliquas Plauti Comoedias edendi consilium a*

 se

se non tam abjectum fuisse, quam dilatum. Sed profecto, si vera sunt fatenda, Virum insignem atque de litteris meritissimum partium studio in audacissima quaeque raptum fuisse, nemo est, qui quum Trinummum suum conferat, non sentiat planissime. Versus fere omnes aliqua detractione vel interjectione verborum deturpantur; integra hemistichia aliquando vel transposita sunt, vel deleta, quin immo versus integri loco suo moti atque in alium per vim translati. Quam si emendandi rationem in toto Plauto edendo retineat, vereor, ne in ejus Plauto Plautum frustra simus quaerituri. Atque eadem profecto de caussa minime dolendum videtur, neque Plauti editionem, cujus specimen proposuit Berolini Vir Cl. Frid. Henr. Bothe Magdeburgensis, huc usque publicam lucem vidisse, qui Plautum, quantum ex eo specimine colligitur, integrum ad leges metricas erat coacturus. In quo ipso quam parum ei cum Hermanno convenerit (quem omnibus fere paginis exagitat inofficiose) vel ex uno Stichi prologo patet, quem speciminis loco a se atque ab Hermanno emendatum proposuit. Ita ut pateat profecto, Pedios istos emendatores in hoc ipso consentientes, Plautum esse metro coarctandum, mirifice tamen in ejus versibus corrigendis dissentire. Neque id mirum. Nam, uti demus, quod isti volunt, Plautum librariorum negligentia, atque saeculorum ignorantia saepius metrum perdidisse, quis adeo est confidens, atque audax, quis tantam sibi ακριβειαν credet contigisse, ut Plautum hoc potissimum modo scripsisse ausit affirmare?

Detur mihi, vel cuiv alio, unus e Plautinis versibus, qui corruptus videtur, ut vel tollendo, vel mutando, vel aliquid inserendo in mensum suum restituatur, equidem nullus dubito, quin triginta ad minimum versus integri omnes, praecipuis Plautinis vocibus retentis, ex eo possent confici, e quibus quis erit, qui unum potius, quam alium Plautinum esse possit asserere? Equidem sic censeo, quem nunc habemus Plautum, vel neminem, vel solum Plautum, si in vitam revocari posset, esse emendaturum.

Numquam satis igitur eorum ratio potest laudari, qui Plautum, qualem antiquitas ad nos usque transmisit, nobis exhibendum censuere, totamque hanc de pedibus doctrinam explosere. Fuit haec opinio summorum atque in his litteris facile principum IIvirum J. F. Gronovii, atque J. A. Ernesti, qui, quum Gronovianum Plautum Lipsiae ederet denuo, suam de Bentlejano conatu sententiam aperuit clarissime. Quorum nuper vestigia pressit Vir Cl. Martinus Span, qui Plautum edidit Vindobonae pluribus in locis egregie e vetustis membranis in suam lectionem restitutum, atque notulis bonae frugis plenissimis exornatum. Cujus religionem, atque modestiam imitavit quoque novissimus Plauti editor Goettingensis Cl. Ben. Frid. Schmieder. Neque profecto aliter de Bentlejana audacia judicavit Vir de latinis litteris, si quis alius, benemeritissimus Petrus Burmannus major in egregia illa sua ad Phaedri fabulas praefatione, quam si ve-

verae criticae atque eruditionis specimen luculentissimum appellaverim, neminem profecto, qui eam attente legerit, mihi repugnaturum esse confido.

Horum insignium Virorum vestigia me in Capteiris recensenda sequutum esse vel in ipso principio profiteor. Codices permultos, quorum singulari fortuna collationes contigit obtinere, sedulo cum vulgata lectione contuli, atque id unum studui, uti aliena omnia ejicerem, Plautumque eum, quem membranae nobis exhiberent, in publicum emitterem. In quo ipso plura, quae dubia poterant videri, retinere tamen malui, adscripta sedulo Codicum lectione, ut cuique suum de iis judicium integrum linqueretur. In Commentario auctoris verba, loquutionesque, vel sensum subobscuriorem explicandum suscepi, atque omnia ea, in quibus a vulgata recederem, caussasque recedendi aperui. Conjecturas meas in textum nunquam recipere sum ausus, sed, si quando non omnino displicerent, in notis commemoravi, atque eruditorum judicio subjeci. Quibus tamen fretus auxiliis ad Plautum mihi jam longa familiaritate vel a primis annis cognitum recensendum accesserim, paucis nunc, Lector, accipito.

Codicum, quod nulli hucusque e Plauti editoribus contigit, ad septem et quadraginta habui collationes. Ex his bini, quos Regios vocamus, sunt e Bibliotheca hac Regia hujusmodi librorum refertissima, quorum primo Cartaceo atque Saeculi, ut videtur, XIV. adeo sum adjutus, ut illum cum

cum praestantioribus connumerare non dubitem. Alter vero est membranaceus Saeculo XV. exaratus neque ipse infimae notae. Binos Codices et ipsos membranaceos mecum insigni comitate communicavit Vir bono litterarum natus FRANCISCVS TACCONIVS *e selectissima ejus Bibliotheca, sive potius, ut ita dicam, Musarum omnium sacrario, quod sibi summa cura comparavit, atque in eorum omnium usum instruxit, qui ingenuas artes profitentur.*

Susceptam tamen adeo explevit expectationem Cel. CAJETANVS MARINIVS *Vaticanae Bibliothecae, atque Archiviorum Praefectus, quem nunc honoris, gratique animi caussa nomino, ut mihi plane id confitendum esse sentiam, me nullo alio incitamento alacriorem in Plauto recensendo effectum fuisse, quam quum singulari Viri Summi beneficio viginti Vaticanorum Codicum collationes sua manu diligentissime confectas sum adeptus. Piaculum omnino commissurus videbar, si dum Italus homo Plautum tractarem, Vaticanas opes non cupidissime expeterem; atque eo amplius, quod Camerarianum Codicem, et Palatinos, quorum auctoritate freti saepissime Plautum superiores editores tentaverant, probe noveram ex Heidelbergensi in Vaticanam bibliothecam confluxisse. Quum igitur de his Virum insignem datis ad eum litteris rogassem, is statim quo fertur amore in bonas litteras, earumque cultores, id Plauto mihique concessit, uti et praeclaram operam suam, quo ei con-*

sul-

fultum iretur, lubens conferret, ac viginti, ut dixi, Codd. collationes, in his et Palatinorum, Roma ad me mittendas curavit. Ex his, quem primum vocamus, membranaceus eſt optimae notae et ſaeculi XII.; ſecundus ad quintum, ſunt omnes Saeculi XV.; ſextus ad undecimum ſunt ſex Codd. Palatini, de quibus diximus ſupra, atque e quibus octavus Verlerianus eſt Codex, quo poſtea uſus eſt Camerarius. Sequuntur bini Vrbinates, quos vocamus 12. *et* 13. *Svecicus, qui eſt* 14., *et quinque ex Ottobonianis omnes Saeculo XV. exarati; denique* 20. *Codex, vel potius Codicis fragmentum, qui fuit quondam e Chriſtinæ Svecorum Reginae bibliotheca atque incipit ab Act. II. Sc.* 3. *His acceſſit ejuſdem* MARINII *cura optimi Codicis Barberiniani collatio, qui quamquam aetate non ita multa, cum praeſtantioribus tamen merito conferri poſſe videtur. Quam praeclare inſigni hoc beneficio Vir Summus de Plauto ſit meritus, noſcent omnes profecto, qui noſtras has lucubratiunculas velint verſare.*

Symbolam denique ſuam et Laurentiana Bibliotheca, et Ambroſiana dederunt. Ex altera enim, deprecatore uſus Cl. ac Doct. Polyhiſtore JOANNE ANDRESIO, *XVI. Codicum nactus ſum collationes, cura ac ſtudio Nob. Viri* LVDOVICI PAVLVCCI *ingenuarum artium cultoris indefeſſi, diligentiſſime confectas; cui, quas maximas poſſum, gratias nunc ago. Sunt illi quidem omnes XIV. vel XV. Saeculo exarati, ſed bonam lectionem exhi-*

hibent non raro; ex his tamen, quem 13. *vocamus, desinit in Act. III. Sc.* 2.; *bini autem nullo usui nobis esse potuerunt; quum alter excerpta tantum nonnulla e Plauto exhiberet, in altero Capteivei, aliaeque quaedam Comoediae prorsus deessent. Dedit Ambrosiana sex Codicum collationes, quorum primus X. vel XI. Saeculo exaratus in optimorum censum est referendus, ceteri vero videntur omnes XV. saeculo descripti. Has Viro politissimo atque eruditissimo* FELICI CARONNIO *Barnabitae me debere profiteor, cujus rogatu Cl.* MAZVCHELLIVS *illas diligentissime confecit.*

Denique praeter Codices, quos memoravi, nullum alicujus momenti e Plauti editionibus oculis meis usurpare non licuit. Nam quum eas pene omnes praeteritis annis collegisset Cl. Vir MICHAEL ARDITVS *Regio Museo, atque Antiquitatibus effodiendis Praefectus; quum Praetermissa quaedam in Plautum meditaretur, quae nunc ceteris ejus curis litterariis pene excidisse dolemus; is pro humanitate sua illas mihi evolvendas benignissime concessit.*

His igitur praesidiis instructus Plautum pro virili parte adjuvandum suscepi; in quo si eruditionis atque ingenii copiam afferre non licuit, at saltem tot sum subsidiis adjutus, ut non plane imparatus ad eum Auctorem tractandum videar accessisse. Quod superest, id aequum atque eruditum Lectorem apprecor, ubi me humani aliquid passum deprehendat, ut aequi bonique id velit consulere, atque uti haec, qualiacumque sint denique, ab a- do-

dolescente duodevicesimum annum vix egresso, scripta esse meminerit. Quare, quidquid erratum inveniet, id vel aetati illi, cui, uti ait Tullius, non modo non invidetur, sed etiam favetur, ignoscere est aequum. Si quid autem Plautum nova hac recensione profecisse comperiat, id totum Viris illis insignibus, qui, collata opera ac studio nostrum, quantum in se fuit, adjuvere, referat acceptum.

Illud denique moneo, me, si quando paullo liberius alienas opiniones sum adversatus, ne minimum tamen ab earum auctorum existimatione detrahi voluisse, quos summo obsequio colere atque prosequi profiteor; sed illud sum ratus licere in hisce litteris cuique quidquid sentiat libere proferre. Eodemque modo ubi ab aliis meliora docebor, sententiam meam facile mutabo; quum, ut ille ait, et refellere sine pertinacia sim paratus, et sine iracundia refelli.

M. ACCI PLAVTI

CAPTEIVEI

CVM LECTIONIS VARIETATE

DRAMATIS PERSONAE

ERGASILVS *Parasitus*
HEGIO *Senex*
LORARII
PHILOCRATES }
TYNDARVS } *Captivi*
ARISTOPHONTES }
PVER *Hegionis*
PHILOPOLEMVS
STALAGMVS
GREX

ARGVMENTVM

(VT QVIBVSDAM VIDETVR)

PRISCIANI

C aptus est in pugna Hegionis filius,
A lium quadrimum fugiens servos vendidit.
P ater capteivos commercatur Alios,
T antum studens, uti gnatum recuperet:
E t in ibus emit olim amissum filium.
I s suo cum domino veste vorsa, ac nomine,
V t amittatur fecit: ipsus plectitur.
E t is reduxit captum & fugitivom simul,
I ndicio quojus alium agnoscit filium.

ALIVD ARGVMENTVM

CAMERARII

F*Abulae huic nomen* CAPTIVI DVO. *Inter Plautinas omnes haec et argumento et expositione optima est et elegantissima. Ipse etiam Poëta hanc commendat, ut pudice scriptam. Multaeque bonae sententiae in hac insunt et eximiae fidei exemplum servi erga herilem filium. Cum enim bellum esset inter Aetolos et Elienses, capitur Philopolemus Aetolus, Hegionis filius, itemque Eliensis Philocrates. Hunc Hegio una cum servo Tyndaro emit,*

quod speraret, posse aliqua permutatione captivorum recuperare se filium suum. Sed inter dominum et servum convenit, ut servus se dominum esse simularet. Ita dimissus aestimatus Philocrates ut servus, rediit in patriam. Fraude detecta per alterum captivum Aristophontem, vehementissime irascitur senex, et Tyndarum compeditum in lapicidinas conjicit. Hic erat filius ipsius, furto surreptus aetate puerili a servo. Interea revertitur Philocrates, et adducit filium Hegionis, et servum etiam illum furem. Itaque agnitus Tyndarus in libertatem et familiam suam restituitur. Argumentum ita est sumtum quasi res geratur in Aetolia.

PROLOGUS

Hos quos videtis ſtare hic capteivos duos,
Illi qui aſtant; hi ſtant ambo, non ſedent.
Vos vos mihi teſtes eſtis me verum loqui.
Senex, qui hic habitat, Hegio eſt hujus pater.
Sed is quo pacto ſerviat ſuo ſibi patri,
Id ego hic apud vos proloquar, ſi operam datis.
Seni huic fuerunt filii nati duo,
Alterum quadrimum puerum ſervos ſurpuit,
Eumque hinc profugiens vendidit in Alide
Patri hujuſce: jam hoc tenetis? optumum 'ſt.
Negat hercle ille ultimus: accedito.
Si non ubi ſedeas locus eſt, eſt ubi ambules,
Quando hiſtrionem cogis mendicarier.
Ego me tua cauſſa, ne erres, non rupturus ſum;
Vos qui poteſtis ope voſtra cenſerier,
Accipite reliquom. alieno uti nihil moror.
Fugitivos ille, ut dixeram ante, hujus patri,
Domo quem profugiens dominum abſtulerat,
vendidit.
Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic
gnato ſuo

VARIAE LECTIONES

2. *illi qui ſtant.* Amb. O. Reg. 1. 2. Laur. 1. ad 12. f4. Barb. Tacc. 1. 2. —— 7. *Seni fuer. huic.* Reg. 1. Tacc. 2 —— 8. *Surripuit.* Scripti fere omnes —— 9. *hinc fugiens* Reg. 1. 2. Tacc. 1. *fugiens hinc.* Tacc. 2. *Aulide* plerique et sic infra *Aulios*, *Aulidis* &c. —— 12. *locus eſt ubi.* Reg. 1. 2. Tacc. 1 —— 13. *hiſtrionem me.* Tacc. 2 —— 15. *Noſtra.* Reg. 1. Tacc. 2 —— 17. *ut ante dixeram.* Tacc. 2.

Peculiarem, quia quasi una aetas erat.
Hic nunc domi servit suo patri, nec scit pater.
Enimvero Di nos quasi pilas homines habent.
Rationem habetis quomodo unum amiserit.
Postquam belligerant Aetoli cum Aliis,
Vt fit in bello, capitur alter filius.
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.
Coepit capteivos commercari hic Alios,
Si quem reperire posset, cum quo mutet suum
Illum capteivom. hunc suum esse nescit, qui domi 'st.
Et quoniam heri inde audivit, de summo loco
Summoque genere captum esse equitem Alium,
Nihil pretio parsit, filio dum parceret.
Reconciliare ut facilius posset domum,
Emit hosce de praeda ambo de Quaestoribus.
Heisce autem inter sese hunc confinxerunt dolum,
Quo pacto hic servos suum herum hinc amittat domum.
Itaque inter se commutant vestem et nomina,
Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus.
Hujus illic, hic illius hodie fert imaginem.
Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam,

VARIAE LECTIONES

22. *Est vero* Reg. 1. 2. Ambr. 1. 4. 5. Vat. 1. ad 9. 11. ad 14. 16. ad 19. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2 —— *est ergo*. Ambr. 3. —— *dives*. Tacc. 2 —— 23. Scripsi fere semper *Aulidis* —— 28. *quo cum*. Tacc. 2 —— 34. *Ambos*. Reg. 2. Tacc. 1 —— 35. *Hisce*, & deest *hunc*. Reg. 1. 2. Laur. 1. 2. 3. 6. ad 12. 14. Barber. Tacc. 1. 2 —— *Hisce*. Laur. 4. 13 —— 37. *inter eos*. Tacc. 1.

Et suum herum faciet libertatis compotem,
Eodemque pacto fratrem servabit suum,
Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem
Imprudens: itidem ut saepe jam in multis locis
Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.
Sed inscientes sua sibi fallacia,
Ita compararunt, & confinxerunt dolum:
Itaque hi commenti de sua sententia,
Vt in servitute hic ad suum maneat patrem.
Ita nunc ignorans suo sibi servit patri.
Homunculi quanti sunt, quom rem cogito!
Haec res agetur nobis, vobis fabula.
Sed etiam est, paucis vos quod monitos voluerim.
Profecto expediet, Fabulae huic operam dare.
Non pertractate facta est, neque item ut ceterae,
Neque spurcidici insunt versus immemorabiles;
Hic neque perjurus leno est, nec meretrix mala,
Neque miles gloriosus. Ne vereamini,
Quia bellum Aetolis esse dixi cum Aliis.
Foris illic extra Scenam fient praelia.
Nam hoc pene iniquom 'st Comico Choragio,
Conari desubito nos agere Tragoediam.

VARIAE LECTIONES

44. *itidem et.* Reg. 1. 2. Barb. Tacc. 1. 2 —— 50. *itaque.* Tacc. 1. 2. —— 51. *recogito.* Ambr. 1. 6. Laur. 1. 2. 3. Vaticani O. et Barb. habent *rem cogito; res cogito.* Vat. 2. 12. Ambr. 4 —— 58. *esse ne veream.* Reg. 1. 2. Barb. Tacc. 1. 2 —— 59. *Etholis dixi.* Tacc. 1. Barb. *dixi esse.* Tacc. 2. —— 62. *de subitontos.* Reg. 1. 2. Laur. 1. ad 4. 6. 7. 11. ad 14. Barb. Tacc. 1. *de subito tantos.* Tacc. 2.

Proin ſi quis pugnam exſpectat, lites contrahat:
Valentiorem nactus adverſarium
Si erit, ego faciam, ut pugnam inſpectet non
bonam;
Adeo, ut ſpectare poſtea omnis oderit.
Abeo. Valete, judices juſtiſſumi
Domi, bellique duellatores optumi.

VARIAE LECTIONES

63. *expetat.* Reg. 1. Ambr. 1. 2. Vatic. 7. 12. 13. 17. 19. Laur. 1. ad 7. 9. 11. 12 —— 65. *expectet.* Tacc. 1.

ACTVS PRIMI

SCENA PRIMA

ERGASILVS

IVventus nomen indidit ſcorto mihi,
Eo quia invocatus ſoleo eſſe in convivio:
Scio abſurde dictum hoc deriſores dicere,
At ego ajo recte, nam in convivio ſibi
Amator talos quom jacit, ſcortum invocat.

VARIAE LECTIONES

2. *eſſe ſoleo.* Tacc. 2 —— 4. *dico recte.* Reg. 1. Ambr. O. Vat. O. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— *nam ſcortum in convivio Sibi amator talos cum* (vel *quom*) *jacit ſcortum invocat.* Reg. 2. Ambr. 3. 4. Vat. O. Laur. 1. 5. ad 14. Tacc. 1. Barb. *Scortum* in secundo versu delevit altera manus in Reg. 1. Ambr. 1. 2. neque habent a prima manu Ambr. 5. 6. Laur. 2. 3. 4. *nam in con. Sibi a. t. c. j. ſ. i.* Tacc. 2.

Estne invocatum, an non? est planissume.
Verum hercle! verum nos parasiti planius,
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat:
Quasi mures semper edimus alienum cibum.
Vbi res prolatae sunt, quom rus homines eunt,
Simul prolatae res sunt nostris dentibus.
Quasi, quom caletur, cochleae in occulto latent,
Suo sibi suco vivont, ros si non cadit:
Item parasiti rebus prolatis latent
In occulto, miseri victitant suco suo,
Dum ruri rurant homines, quos liguriant.
Prolatis rebus parasiti venatici (*canes*)
Sumus: quando res redierunt, Molossici,
Odiosicique, et multum incommodistici.
Et hic quidem, hercle, nisi qui colaphos perpeti
Potis parasitus, frangique aulas in caput,
Vel ire extra portam Trigeminam ad sacculum licet;
Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum 'st.

b

VARIAE LECTIONES

6. *an non? planissime.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 7. *v. h. vero.* Tacc. 1. —— 12. *quasi cum* (vel *quom*) *calent.* Reg. 1. Tacc. 1. Vat. 6. 12. 16. 19. Barb. *caleret.* Reg. 2. a prima manu, & sic quoque Vat. 13. Laur. 9. *callerer.* Laur. 5. *ralet.* Ambr. 4. 5. Vat. 2. *calentur.* Vat. 15. —— *occlea.* Reg. 2. *occleo.* Vat. 1. *occedio.* Vat. 4. *ocleo.* Laur. 9. *oocleae.* Laur. 11 —— 19. *incomodestici.* Ambr. 1. 2. Tacc. 1. 2. *incommodestici.* Reg. 1. 2. Ambr. 4. *moltum incomodestiti.* Ambr. 3. *incomedestici.* Ambr. 5. —— 21. *potest.* Reg. 2. Barb. Tacc. 1. 2. —— 22. *facculum* pene omnes. *facellum.* Vat. 15. 19. Laur. 5. *farculum.* Vat. 2.

Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium,
Ita nunc belligerant Aetoli cum Aiiis,
Nam Aetolia haec eſt: illic captu'ſt in Alide
Philopolemus hujus Hegionis filius
Senis, qui hic habitat: quae aedes lamentariae
Mihi ſunt: quas quotieſcumque conſpicio, fleo.
Nunc hic occoepit quaeſtum hunc filii gratia
Inhoneſtum, maxume alienum ingenio ſuo.
Homines capteivos commercatur, ſi queat
Aliquem invenire, ſuum quicum mutet filium.
Nunc ad eum pergam: ſed aperitur oſtium,
Vnde ſaturitate ſaepe ego exii ebrius.

VARIAE LECTIONES.

26. *illic eſt captus.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. Ambr. O. Barb. —— 31. *inhoneſt. et maxime.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. Barb. —— 33. *qui commutet.* Tacc. 1. Laur. 4. 9. Reg. 2. *qui cum comm.* Tacc. 2.

SCENA SECVNDA

HEGIO, LORARII, ERGASILVS

ADvorte animum ſis tu: iſtos capteivos duos,
Heri quos emi de praeda de Quaeſtoribus,
His indito catenas ſingularias;
Iſtas majores, quibus ſunt vincti, demito.

VARIAE LECTIONES

4. *vincti, devincito.* Reg. 2. Ambr. 3. 6. Laur. 5. 9. *demitto.* Ambr. 1. 2. 5. Laur. 2. 3. *demiſſo.* Laur. 13. Tacc. 1.

Sinito ambulare, si foris, si intus volent;
Sed uti asserventur magna diligentia.
Liber capteivos avis ferae consimilis est:
Semel fugiundi si data 'st occasio,
Satis est: nunquam post illam possis prendere.
LOR. Omnes profecto liberi lubentius
Sumus, quam servimus. HE. non videre ita
tu quidem.
LOR. Si non est quod dem, mene vis dem
ipse in pedes?
HE. Si dederis, erit extemplo mihi, quod
dem tibi.
LOR. Avis me ferae consimilem faciam, ut
praedicas.
HE. Ita ut dicis, nam si faxis, te in ca-
veam dabo.
Sed satis verborum 'st. cura quae jussi, at-
que abi.
ER. Quod ego quidem nimis quam cupio ut
impetret.
Nam ni illum recipit, nihil est quo me recipiam.
Nulla juventutis est spes; sese omnes amant.
Ille demum antiquis est adulescens moribus,
Quojus nunquam voltum tranquillavi gratiis.

VARIAE LECTIONES

8. *data si est*. Tacc. 1. —— 14. *praedixisti*. Reg. 1. 2. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 17. Quidam e Cod. nostris male haec dant Lorario vel Seni etc. —— *Quod quidem ego*. Reg. 1. 2. Barb. Tacc. 1. 2. etc. —— 19. *nulla est spes juv*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. Barb. etc. *spes est juv*. Tacc. 2. —— 21. *Cui nunquam*. Tacc. 1. —— *tranquillavit gratus*. Reg. 1. 2. Laur. 5. ad 10. 12. 13. 14. Barb. etc. Tacc. 1. 2.

Condigne eſt pater ejus moratus moribus.
HE. Ego ibo ad fratrem, ad alios capteivos
meos,
Viſam ne.nocte hac quidpiam turbaverint.
Inde me continuo recipiam rurſum domum.
ER. Aegre 'ſt mihi, hunc facere quaeſtum
carcerarium
Propter ſui gnati miſeriam miſerum ſenem.
Sed ſi ullo pacto ille huc conciliari poteſt,
Vel carnuficinam hunc facere poſſum perpeti.
HE. Quis hic loquitur? ER. ego, qui tuo
maerore maceror,
Macesco, conſenesco, et tabesco miser;
Oſſa atque pellis sum misera macritudine,
Neque unquam quicquam me juvat quod
edo domi;
Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.
HE. Ergaſile ſalve. ER. Di te bene ament,
Hegio.
HE. Ne fle. ER. egone illum fleam? ego me
non defleam?
Talem adulescentem! HE. ſemper senſi filio

VARIAE LECTIONES

22.*pater eſt ejus*.Reg.1.2.Barb.Tacc.1.2.——25.*verſum domum*.Reg.1.*ſurſum*.Tacc.1.——30.*quis loquitur*.Reg.1.2. Tacc.1.2.——*marore laceror*. Reg.1. Tacc.1. a sec.manu ——36.*egone illum, ego me ne defleam*. Reg.1. *egone i.ſ. ego ne non defleam*. Vat. 2.3.4.6. *ego ne illum non ſ.egone non defleam*. Vat.13. *Ego non illum fleam? ego me non defleam*. Vat. 5. 7. 9. 10. 11. 12. 14. ad 19. *Ego ne illum ne fleam? ego ne non defleam*. Laur. 1. *ego non me defleam*.Laur.7. *ego ne non defl*.Laur.10.

Meo te esse amicum; et illum intellexi tibi.
Er. Tum denique homines nostra intellegimus bona,
Quom quae in potestate habuimus, ea amisimus.
Ego, postquam gnatus tuus potitu'st hostium,
Expertus quanti fuerit, nunc desidero.
He. Alienus quom ejus incommodum tam aegre feras,
Quid me patrem par facere 'st, quoi ille 'st unicus?
Er. Alienus ego? alienus ille? ha, Hegio!
Nunquam istuc dixis; neque animum induxis tuum,
Tibi ille unicu 'st, mihi etiam unico magis unicus.
He. Laudo, malum quom amici tuum ducis malum.
Nunc habe bonum animum. Er. eheu! huic illud dolet,
Quia nunc remissus est edendi exercitus.
He. Nullumne interea nactu's qui posset tibi,
Remissum, quem dixti, imperare exercitum?
Er. Quid credis? fugitant omnes hanc provinciam;

VARIAE LECTIONES

48. *tuum dicis malum.* Reg. 1.2. Tacc. 1.(gl.*ducis*) 2. Barb.——49. *bon. an.* Er. *eh eya.* Reg. 1. *eh tu.* Reg. 2. P. *eja huic.* Tacc. 1. P. *heu.* H. *huic etc.* Tacc. 2. Laur. 1.2.3.6.10.11. *heu tu.* Laur. 5. *he heu tu.* Laur. 9. *eh eri.* H. *huic etc.* Laur. 12. *heu heu.* Laur. 14.

Quoi obtigerat, postquam captu' st Philopo-
lemus tuus.
HE. Non pol mirandum'st fugitare hanc pro-
vinciam
Multis & multigeneribus opus est tibi
Militibus; primum dum opus est Pistoriensibus,
Eorum sunt genera aliquot Pistoriensium.
Opus Paniceis, opus Placentinis quoque,
Opus Turdetanis, opus est Ficedulensibus:
Jam maritumi omnes milites opus sunt tibi.
ER. Ut saepe summa ingenia in occulto latent!
Hic, qualis imperator, nunc privatus est!
HE. Habe modo bonum animum; nam illum
confido domum,
In his diebus, me reconciliassere.
Nam eccum hic capteivom adolescentem Alium
Prognatum genere summo, et summis divitiis:
Hoc illum me mutare, confido fore.
ER. Ita Di Deaeque faxint. HE. sed num quo foras
Vocatu's ad coenam? ER. nusquam, quod sciam.
Sed quid tu id quaeris? HE. quia mihi est
natalis dies;

VARIAE LECTIONES

54 *quod optigerit*. Reg. 2. *quod obtigerat*, Barb. Tacc. 2. Ambr. 3. 4. 5. 6. *quod optigerat*. Ambr. 1. 2. omittit hunc versum Reg. 1. ——. 56. *multisgeneribus*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. Ambr. 3. 4. Laur. 4. 9. 12. 14. *multis gentibus*. Ambr. 6. (altera manus reposuit *generibus*). Laur. 5. 11. —— 57. *primo dum*. Reg. 1. 2. —— 58. *sunt aliq. genera*. Reg. 1. 2. Barb. etc. Tacc. 1. 2. —— 59. *Paniceis est*. Reg. 1. 2. *opus Pan. est*, *op. est ficed*. Tacc. 1. Barb. —— 64. deest *modo*. Reg. 1. 2 Tacc. 1. 2. Barb. —— 71. *quid diu*, Reg. 1. 2. Tacc. 1. Laur. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 14. *quiddum*. Laur. 1. 2. 3. 4. 8. 13. Barb. Tacc. 2

Propterea te vocari ad coenam volo.
ER. Facete dictum. HE. sed si pauxillum potes
Contentus esse. ER. ne perpauxillum modo;
Nam istoc me assiduo victu delecto domi;
Age sis roga emtum, nisi quis meliorem afferet,
Quae mihi atque amicis placeat conditio magis,
Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.
HE. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.
Sed si venturu's, tempori. ER. hem! vel jam otium est.
HE. I modo, venare leporem, nunc erim tenes;
Nam meus scruposam victus commetat viam.
ER. Nunquam istoc vinces me, Hegio; ne postules:
Cum calceatis dentibus veniam tamen.
HE. Asper meus victus sane 'st. ER. Isentisne esitas?

VARIAE LECTIONES:

73. *pauxillo*. Laur. 4. Barb. Reg. 1. —— 79. ER. *Proh fundum vendis? HE. tu q. h. f. m.* Reg. 1. 2. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 80. ER. *emulis jam otium est*. Reg. 1. (qui habet tamen gl. *alteran vel jam*) 2. Tacc. 1. 2. Laur. O. Barb. —— 81. *itim*. Reg. 1. Ambr. 1. a sec. m. (ante habuit *irim* vel *vim*). 5. Vat. 7. 18 19. (gl. *avis*) Laur. 4. 6. Tacc. 2. *irim*. Reg. 2. Vat. 1. 3. 8. 12. Laur. 10. 12. Barb. *ytim* (gl. *avis est*) Ambr. 2. Vat. 9. Laur. 13. *ithim*. Ambr. 3. 6. Vat. 4. 5. (gl. *fasianum*) 10. 14. Laur. 11. *itun*. Ambr. 4. *bitim*. Vat. 16. *itum*. Vat. 19. *yrin*. Vat. 11. (gl. al. *ytim tenes*) *hyrin* (altera manus reposuit *hytim*) Tacc. 1. *retin*. Vat. 6. *itym*. Laur. 1. 2. 3. 5. 7. 9. *irum*. Laur. 8. *avium*. Laur. 14. *ysim*. Laur. 13. —— *cuenes*. Tacc. 2. —— 82. *non meus*. Tacc. 1. 2. Reg. 1. 2. —— *commeat*. Ambr. 1. 2. 3. 4. 5. Laur. 1. 2. 3. 7. —— 85. *sentisne? hesitasne?* Reg. 1. Ambr. 4. Vat. 2. *sentisne? esitas vel hesitas*. Reg. 2. Ambr. 1. 2. (gl. scil. *dubitas*) 3. 5. 6. Tacc. 1. 2. Barb. Vat. 4. 6. *sentisne es sit esi* Vat. 4.

HE. Terreſtris coena 'ſt. ER. sus terreſtris beſtia 'ſt.
HE. Multis oleribus. ER. curato aegrotos domi.
Nunquid vis? HE. venias tempori. ER. memorem mones.
HE. Ibo intro, atque intus ſubducam ratiunculam,
Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.
Ad fratrem, quo ire dixeram, mox ivero.

VARIAE LECTIONES

91 *iero*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. Barb.

ACTVS SECVNDI

SCENA PRIMA

LORARII, PHILOCRATES, TYNDARVS.

SI Di immortales id voluere, vos hanc aerumnam exſequi,
Decet id pati animo aequo: ſi id facietis, levior labos erit.
Domi fuiſtis, credo, liberi:
Nunc ſervitus ſi evenit, ei vos morigerari mos bonu 'ſt,
Eamque herili imperio ingeniis voſtris lenem reddere.

VARIAE LECTIONES

1. Deeſt *ſi*. Reg. 1. Tacc. 1. 2.——5. *eamque et h. i.* Reg. 1. 2. Barb. Laur. O. Tacc. 1. 2.——*levem*. Laur. 1. 2. 3.

Indigna digna habenda sunt, herus quae facit. PH. oh oh oh!
LOR. Ejulatione haud opu'st: oculis multam miseriam additis.
In re mala animo si bono utare, adjuvat.
PH. At nos pudet, quia cum catenis sumus. LOR. at pigeat postea
Nostrum herum, si vos eximat vinculis,
Aut solutos sinat, quos argento emerit.
PH. Quid a nobis metuit? scimus nos
Nostrum officium quod est, si solutos sinat.
LOR. At fugam fingitis. sentio quam rem agitis.
PH. Nos fugiamus? quo fugiamus? LOR. in patriam. PH. apage: haud nos id deceat,
Fugitivos imitari. LOR. imo edepol, si erit occasio, haud dehortor.

VARIAE LECTIONES

7. *multa oculis multa mira cuditis.* Reg. 1. Ambr. 2. 3. 5. Laur. 4. 5. 6. 10. 11. 14.: sic quoque a prima manu Reg. 2., sed altera correxit *dicis* pro *cuditis*; *dicis* quoque Ambr. 4. 6. (sed in hoc correctum *cuditis*) Laur. 2. 3. 12. *multa oculis multa mira clitis*. Amb. 1. altera manus pro *clitis* reposuit *cletis*. *multa oculis multa misera editis*. Laur. 1. *misera cuditis*. Laur. 7. 9. 13. Tacc. 1. 2. *misericordia cuditis*. Laur. 8. —— 14. *At fugam fugitis*. Ambr. 1. 3. 5. 6. Vat. 2. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 18. 19. Laur. 6. 7. 8. 9. Barb. Tacc. 1. 2. Reg. 1. a glossa habet *fugitis*. *at fugam agitis scio quam rem fugitis*. Reg. 2. Laur. 5. 11. *at fugam fugistis*. Ambr. 2. *at fugiam fugitis*. Ambr. 4 —— *Scio quam rem* etc. Reg. 2. Ambr. 2. 3. 4. 5. 6. Vat. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 18. 19. Laur. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 14. Barb. —— 15. *in patriam*. CAP, *haud nos decet f. i.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

PH. Vnum exorare vos finite nos. LOR. quidnam id est? PH. ut sine his arbitris,
Atque vobis, nobis detis locum loquendi.
LOR. Fiat. abscedite hinc: nos concedamus huc. sed brevem orationem incipesse.
PH. Hem! istuc mihi certum erat. concede huc. LOR. abite ab istis. TY. obnoxii ambo
Vobis sumus propter hanc rem; quom, quae volumus nos,
Copia ea facitis nos compotes.
PH. Secede huc nunc jam, si videtur, procul;
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant;
Neve permanet palam haec nostra fallacia.
Nam doli non doli sunt, nisi astu colas,
Sed malum maxumum, si id palam provenit.
Nam si herus mihi es tu, atque ego me tuum esse servom assimulo;
Tamen viso opu'st, cauto 'st opus, ut hoc sobrie, sineque arbitris,
Accurate hoc agatur, docte, et diligenter.
Tanta incepta res est: haud somniculose hoc
Agendum 'st. TY. ero, ut me voles esse. PH. spero.
TY. Nam tu nunc vides pro tuo caro capite

VARIAE LECTIONES

17. *hisce arb.* Reg. 1. —— 19. *absc, hinc vos. conced. huc.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 21. *quae vol., vos* Reg. 2. —— 22. *Copia est ea f. n. c.* Laur. 1. 2. 3. 11. 12 *Copia est facitis.* Laur. 7. —— 23. *jam nunc.* Reg. 1. —— 28 *me servum esse assimulo.* Reg. 1. —— 29. *cauto opus est.* Reg. 1. 2. —— 31. Personarum divisionem male hic turbant Codd. Reg. 1. 2.

Carum offerre meum caput vilitati.
Ph. Scio. Ty. at ſcire memento, quando id, quod voles, habebis.
Nam fere maxuma pars morem hunc homines habent: quod ſibi volunt
Dum id impetrant, boni ſunt: ſed id ubi jam penes ſeſe habent,
Ex bonis peſſumi, et fraudulentiſſumi
Sunt. nunc ut te mihi volo eſſe, eſſe autumo.
Quod tibi ſuadeam, ſuadeam meo patri.
Ph. Pol ego te, ſi audeam, meum patrem nominem.
Nam ſecundum patrem tu es pater proxumus.
Ty. Audio. Ph. et propterea ſaepius te, ut memineris, moneo.
Non ego herus tibi, ſed ſervos ſum. nunc obſecro te hoc unum,
Quoniam nobis Di immortales animum oſtenderunt ſuum,
Vt qui herum me tibi fuiſſe, atque eſſe nunc conſervom velint;
Quod antehac pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem,
Per fortunam incertam, et per mei te erga

c 2

VARIAE LECTIONES

35. *qu. quod voles.* Reg. 1. —— 37. *dum impetrant.* Reg. 1. 2. —— 39. *ut nunc mihi te volo eſſe autumo.* Reg. 1. Laur. 5. 6. 9. *nunc ut mihi te volo eſſe autumo.* Laur. 1. 2. 3. 4. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. Tacc. 1. 2. *mihi te.* Reg. 2. —— 41. *ſi te audeam.* Reg. 1. 2. Laur. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Tacc. 1. 2. Deest versus integer Laur. 7. —— 48. *erga te.* Reg. 1.

bonitatem patris,
Perque conſervitium commune, quod hoſtica evenit manu,
Ne me ſecus honore honeſtes, quam ego te, quom ſervibas mihi,
Atque ut qui fueris, et qui nunc ſis, meminiſſe ut memineris.
Ty. Scio quidem me te eſſe nunc, et te eſſe me. Ph. hem! iſtuc ſi potes
Memoriter meminiſſe, ineſt ſpes nobis in hac aſtutia.

VARIAE LECTIONES

50. *h. h. quam cum* (al. *quom*) *ſerviebas mihi*. Reg. 1. 2. Ambr. 1. 2. 4. 5. 6. (gl. in Ambr. 1. 2. *ego te.*) Laur. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 13. 14. —— 52. *iſtud*. Reg. 1. 2.

S C E N A S E C V N D A.

Hegio, Philocrates, Tyndarvs

Iam ego revortar intro, ſi ex his quae volo exquaeſivero.
Vbi ſunt iſti, quos ante aedis juſſi huc produci foras?
Ph. Edepol tibi, ne quaeſtioni eſſemus, cau-

VARIAE LECTIONES

3. *quaeſtionẽ*. Ambr. 1. *quaeſtionem*. Ambr. 5. *queſtione*. Ambr. 2. 3. 4. 6. Vat. O. Barb. Reg. 1. Tacc. 1. 2. —— *eſſe tibi*. Ambr. 4. Vat. 1. 2. *eſſe c. i.* Vat. 4. 5. 10. *eſſem*. Vat. 14. *ne in qu.* Vat. 8.

tum intellego;
Ita vinclis custodiisque circummoeniti sumus.
HE. Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, quom etiam cavet.
Etiam quom cavisse ratu 'st, saepe is cautor captus est.
An vero non justa caussa 'st, ut vos servem sedulo,
Quos tam grandi sim mercatus praesenti pecunia?
PH. Neque pol tibi nos, quia nos servas, aequom' st vitio vortere,
Neque te nobis, si abeamus hinc, si fuat occasio.
HE. Vt vos hic, itidem illic apud vos meus servatur filius.
PH. Captus est? HE. ita. PH. non igitur nos soli ignavi fuimus.
HE. Secede huc. nam sunt ex te quae solo scitari volo,
Quarum rerum te falsiloquom mihi esse nolo. PH. non ero,
Quod sciam: si quid nescivi, id nescium tra-

VARIAE LECTIONES

4. *muniti.* Reg. 1. 2. *circumbuti.* Tacc. 1. — 6 *tritus.* (s. s. *al. ratus*) Reg. 1. — 9. *tibi quia nos s.* Reg. 1. *aequom stultitiae vertere.* Tacc. 1. 2. — 12. *non igitur soli.* Reg. 1. — *ignari.* Reg 2. Tacc. 1. — 13. Deest *huc.* Reg. 1. *quae ex te solo.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. — 15. *id quod nescivi.* Reg. 2. Amb. 6. Tacc. 1. *si quod n.* Ambr. 1. 3. 5. *id quid nescivi id nescitum.* Ambr. 4. *id quod nesciam.* Reg. 1.

dam tibi.
Ty. Nunc ſenex eſt in tonſtrina: nunc jam cultros attinet,
Ne id quidem involucre injicere voluit, veſtem ut ne inquinet.
Sed utrum ſtrictimne attonſurum dicam esse, an per pectinem
Nescio: verum ſi frugi 'ſt, usque admutilabit probe.
He. Quid tu? servoſne eſſe, an liber mavelis? memora mihi.
Ph. Proxumum quod ſit bono, quodque a malo longiſſume,
Id volo. quamquam non multum fuit moleſta ſervitus,
Nec mi ſecus erat, quam ſi eſſem familiaris filius.
Ty. Euge! pol Thalem talento non emam Mileſium,
Nam ad ſapientiam hujus nimius nugator fuit.

VARIAE LECTIONES

16. *toſtrina.* Vat. 8. *cultros acuit.* Vat. 6. Haec verba plures e Codd. dant Hegioni. —— 17. *nec id.* Reg. 1. —— *d. ut.* Reg. 1. Tacc. 2. —— 18 *eſſe dicam.* Reg. 1. 19. Haec verba dat Philocrati Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 21. *pr. quod ſit bonum, quodq. malum.* Reg. 1. —— *pr. quod ſit bonum quodque a malo.* Laur. 7. 8. 9. 10. 11. 14. Tacc. 1. 2. *prox. q. s. bonum, quodq. ad malo longiſſime.* Laur. 12. —— 24. *euge pothalem.* Ambr. 1. Reg. 2. Vat. 11. (gl. *al. ob talem*) *euge ob talem.* Ambr. 3. 6. Vat. 5. 6. 14. 12. 19. Laur. 6. 11. 12. 13. 14 Barb. *ob hyalem.* Ambr. 4. *euge petalem.* Vat. 1. 8. *euge pot Thalem.* Vat. 4. 9. *Euge Thal.* Vat. 18. *hotalem.* Vat. 10. *prot salem.* Laur. 5.

Vt facete orationem ad servitutem contulit!
HE. Quo de genere natu'ſt illic Philocrates. PH. Polyplusio,
Quod genus illic eſt unum pollens atque honoratiſſumum.
HE. Quid ipſus hic? quo honore eſt illic? PH. ſummo atque ab ſummis viris.
HE. Tum igitur ei quom in Aliis tanta gratia'ſt, ut praedicas,
Quid divitiae? ſuntne opimae? PH. unde excoquat ſevom senex.
HE. Quid pater? vivitne? PH. vivom, quom inde abiimus, liquimus.
Nunc vivat, necne, id Orcum ſcire oportet ſcilicet.
TY. Salva res eſt. philosophatur quoque jam, non mendax modo'ſt.
HE. Quod erat ei nomen? TY. Theſaurochryſonicochryſides.
HE. Videlicet propter divitias: inditum id nomen quaſi eſt.
PH. Imo edepol propter avaritiam ipſius, atque audaciam.

VARIAE LECTIONES:

27. *Poliphruſio.* Reg. 2. Ambr. 2. Vat. 3. 4. 5. 6. 9. 11. 10. 17. 18. Laur. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 14. Tacc. 1. *poliphruſio.* Var. 7. *poliſruſio.* Vat. 10. Ambr. 3. *philiſruſio.* Ambr. 5. —— 31. *optimae.* Reg. 1. 2. Laur. O. Tacc. 1. —— 34. Dant haec verba Hegioni Reg. 1. 2. Barber. —— 36. *id nomen quaſi inditum eſt.* Reg. 1. —— 37. *audaciam* (gl. *aliter avidaciam*) Reg. 1. *atque tenaciam.* Tacc. 1. *atqu. tenacem.* Laur. 4.

Nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine.
He. Quid tu ais? tenaxne pater eius est? Ph. imo edepol pertinax.
Quin etiam, ut magis noscas: Genio suo ubi quando sacruficat,
Ad rem divinam, quibus est opus, Samiis vasis utitur:
Ne ipse Genius surripiat. proinde aliis ut credat, vide.
He. Sequere hac me igitur. eadem ego ex hoc, quae volo, exquaesivero.
Philocrates, hic fecit, hominem frugi ut facere oportuit,
Nam ego ex hoc quo genere gnatus sis scio: hic fassu'st mihi.
Haec tu eadem si confiteri vis, tua re feceris,
Quae tamen scito scire me ex hoc. Ty. fecit officium hic suum,
Quom tibi est confessus verum; quamquam volui sedulo
Meam nobilitatem occultare, et genus, et divitias meas,

VARIAE LECTIONES

38. *illi*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. —— 39. *pater est ejus*. Vat. 1. 8. —— 40. Deest *quando*. Reg. 1. —— 41. *quibus opus est*. Reg. 1. 2. —— 45. d. *ego*. Reg. 1. 2. —— 46. *tua refeceris*. Reg. 1. 2. Vat. 1. 8. *re feceris tua*. Vat. 4. *si confiteris vis tua*. Vat. 12. *tu refeceris*. Vat. 16. Tacc. 1. *vis re feceris*. Laur. 11. *tua res fec*. Laur. 14. —— 48. *quem sibi*. Reg. 1.

Hegio: nunc quando patriam, et libertatem perdidi,
Non ego istunc me potius, quam te metuere, aequom censeo.
Vis hostilis cum istoc fecit meas opes aequabiles.
Memini, quom dicto haud audebat; facto nunc laedat licet.
Sed viden'? Fortuna humana fingit artatque, ut lubet.
Me, qui liber fueram, servom fecit: e summo infimum.
Qui imperare insueveram, nunc alterius imperio obsequor.
Et quidem si proinde ut ipse fui imperator familiae,
Habeam dominum, non verear ne injuste aut graviter mihi imperet.
Hegio, hoc te monitum, nisi forte ipse non vis, volueram.
HE. Loquere audacter. TY. tam ego fui ante liber, quam gnatus tuus:
Tam mihi, quam illi, libertatem hostilis eripuit manus:
Tam ille apud nos servit, quam ego nunc hic apud te servio.

d

VARIAE LECTIONES

51. *istum.* Reg. 1. *equon.* Reg. 2. —— 53. *aut.* Reg. 2. —— 56. *insueram.* Reg. 1. Tacc. 1. —— *imperio alterius.* Reg. 1. —— 58. *ac gr.* Reg. 1. —— 61. *illi quam mihi.* Reg. 1. —— d. *hostilis.* Reg. 2.

Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt.
Is, uti tu me hic habueris, proinde illum illic curaverit.
Bene merenti bene profuerit, male merenti par erit.
Quam tu filium tuum, tam pater me meus deſiderat.
HE. Memini ego iſtoc. ſed faterin' eadem, quae hic faſſu ſt mihi?
TY. Ego patri meo eſſe fateor ſummas divitias domi,
Meque ſummo genere gnatum. ſed te obteſtor, Hegio,
Ne tuum animum avariorem faxint divitiae meae,
Ne patri, tametſi unicus ſum, decere videatur magis,
Me ſaturum ſervire apud te ſumtu et veſtitu tuo,
Potius, quam illi, ubi minume honeſtum 'ſt, mendicantem vivere.
HE. Ego virtute Deum, et majorum noſtrum dives ſum ſatis.
Non ego omnino lucrum omne eſſe utile ho-

VARIAE LECTIONES

63. *videtque.* Reg. 1. —— 66. *me pater.* Reg. 2. —— 67. d. *mihi.* Reg. 1. 2. —— 68. d. *eſſe.* Reg. 1. —— 70. d. *animum.* Reg. 2. —— 73. *illic.* Reg. 1. 2. Laur. O. Tacc. 1. 2. —— 74. Prima manus habuit *major. meorum.* Reg. 2.

mini exiſtumo.
Scio ego; multos jam lucrum lutulentos homines reddidit;
Eſt etiam, ubi profecto damnum praeſtet facere, quam lucrum.
Odi ego aurum: multa multis ſaepe ſuaſit perperam.
Nunc hoc animum advortito, ut ea quae ſentio, pariter ſcias.
Filius meus illic apud vos ſervit captus Alide:
Eum ſi reddis mihi, praeterea unum numum ne duis:
Et te, et hunc amittam: hinc alio pacto abire non potes.
Ty. Optumum atque aequiſſumum oras, optumuſque hominum homo es.
Sed is privatam ſervitutem ſervit illi, an publicam?
He. Privatam medici Menarchi. Ph. Pol hic quidem hujus eſt cliens.

d 2

VARIAE LECTIONES

76. *jam multos.* Reg. 1. *Scio ego multos l.* Vat. 2. 4. 5. 9. 10. 13. 14. Laur. 11. *iam mult. iam lucrum.* Vat. 3. Laur. 10. *lutulentos.* Sic Codd. meliores Vat. 8. 11. Reg. 2. —— 79. *advorte.* Reg. 1. 2. —— 80. Plures hic codices uti et alibi *Aulide.* Probam tamen scripturam servavit a prima manu Ambr. 1. et Reg. 2. —— 83. *es homo.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. —— 85. Ty. *pol hic q. hujus* (*s. s. mei*) *e. c.* Prima manus haec verba dederat Hegioni. Ambr. 1. Tyndaro dant quoque ea verba. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. Ambr. 3. 4. 5. Laur. 1. 2. 3. 5. 7. 8. 10. 11. Eadem verba dant Hegioni Ambr. 6. Laur. 4. 6. 9. 12. 13. 14.

Tam hoc quidem tibi in proclivi, quam imber eſt, quando pluit. —
HE. Fac is homo ut redimatur. TY. faciam, ſed te id oro, Hegio.
HE. Quidvis, dum ab re ne quid ores, faciam. TY. auſculta dum, ſcies.
Ego me amitti, donicum ille huc redierit, non poſtulo.
Verum te quaeſo, ut aeſtumatum hunc mihi des, quem mittam ad patrem,
Vt is homo redimatur illi. HE. imo alium potius miſero
Hinc, ubi erunt induciae, illuc tuum qui conveniat patrem:
Qui tua, quae tu juſſeris mandata, ita ut velis perferat.
TY. At nihil eſt ignotum ad illum mittere: operam luſeris.
Hunc mitte; hic omne tranſactum reddet ſi illuc venerit.
Nec quemquam fideliorem, neque quoi plus credat, potes
Mittere ad eum, nec qui magis ſit ſervos ex ſententia;
Neque adeo quoi tuum concredat filium ho-

VARIAE LECTIONES

87. *facis homo.* Reg. 2. —— *id te oro.* Reg. 1. —— 88. *quid.* Reg. 2. —— *tunc.* Reg. 2. *tum.* Tacc. 1. 2. —— 89. *donec cum* Reg. 2. —— 91. *illic.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 93. *juſſeris* Codd. O. —— 94. *luxuris.* Reg. 1. —— 96. *ne.* Reg. 2.

die audacius.
Ne vereare, meo periculo hujus ego experiar. fidem,
Fretus ingenio ejus, quod me esse scit erga se benevolum.
HE. Mittam equidem istunc aestumatum tua fide, si vis. TY. volo.
Quam citissume potest, tam hoc cedere ad factum volo.
HE. Num quae caussa 'st, quin si ille huc non redeat, viginti minas
Mihi des pro illo? TY. optuma imo. HE. solvite istum nunc jam,
Atque utrumque. TY. Di tibi omnes omnia optata afferant,
Quom me tanto honore honestas, quomque ex vinclis eximis.
Hoc quidem haud molestum 'st jam, quod collus collaria caret.

VARIAE LECTIONES

99. *periclo*. Reg. 2. — 100. *sese*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. — 101. *istum*. Reg. 1. 2. — 104. *optume* vel *optime*. Reg. 1. 2. Ambr. 2. 4. 5. 6. Vat. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 19. Tacc. 1. 2. Laur. O. Sic quoque Ambr. 1. a secunda manu, nam prima habuit *optima*, et contra Ambr. 3. a prima; secunda enim reposuit *optima*. *optumum imo*. Vat. 18 *optima imo*. Vat. 8. — 105. *optata omnia ferant*. Reg. 1. Ambr. 2. 3. 6. Laur. 10. 11. 12. 14. Tacc. 1. 2. — *omnia op ferant*. Reg. 2. Ambr. 1. 4. 5. Laur. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 13. Barb. *omnia omnes o. f.* Laur 8. — 106 *vincilis*. Reg. 1. 107. *collum collario*. Reg. 1. Vat. 16. *collus collario*. Tacc. 1. *collum coll*. Laur. 5.

HE. Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea gravida 'st bonis.
Nunc tu illum si illo es missurus, dice, demonstra, praecipe,
Quae ad patrem vis nunciari. vin' vocem huc ad te. TY. voca.

VARIAE LECTIONES

110 *apud patrem.* Reg 2.

SCENA TERTIA

HEGIO, PHILOCRATES, TYNDARVS

QVae res bene vortat mihi, meoque filio,
Vobisque: volt te novos herus operam dare
Tuo veteri domino, quod is velit, fideliter.
Nam ego te aestumatum huic dedi viginti minis;
Hic autem te ait mittere hinc velle ad patrem,
Meum ut illic redimat filium: mutatio
Inter me atque illum ut nostris fiat filiis.
PH. Vtroque vorsum rectum 'st ingenium meum
Ad te adque illum, pro rota me uti licet.
Vel ego huc vel illuc vortar, quo imperabitis

VARIAE LECTIONES

4. *dedi huic.* Reg. 2.

HE. Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum,
Quom servitutem ita fers, ut ferri decet.
Sequere. hem tibi hominem! TY. gratiam habeo tibi,
Quom copiam istam mihi et potestatem facis;
Vt ego ad parentes hunc remittam nuncium,
Qui me quid rerum hic agitem, et quid fieri velim,
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.
Nunc ita convenit inter me atque hunc, Tyndare,
Vt te aestumatum in Alidem mittam ad patrem:
Si non rebitis huc, ut viginti minas
Dem pro te. TY. recte convenisse sentio.
Nam pater expectat aut me, aut aliquem nuncium,
Qui hinc ad se veniat. TY. ergo animum advortas volo,
Quae nunciare hinc te volo in patriam ad patrem.
PH. Philocrates, ut adhuc locorum feci fa-

VARIAE LECTIONES.

14. Deest *mihi*. Reg. 1. —— 15. *hinc t.r.* Reg. 2. —— 20. *reditas.* Var. 2. 3. 5. 7 9. ad 12. 15. ad 19. Ambr. 2. 4. 5 6. Reg. 1. 2. Barber. Laur. 2. ad 5. 7. ad 11. 13. 14. Tacc. 1. 2. *redditis.* Vat. 4 6. 13. 14. *rebitas* habent Vat. 1. 8. Laur. 1. a prima manu, a secunda vero Ambr. 1. 3. *revitas.* Laur. 6. 12. —— 21. *censeo* Reg. 1. (gl. *al. sentio*) Laur. 4. ad 10. 12. 14. —— 25. Deest prima vox. Reg. 1. 2. Laur. 4. ad 12. 14. Tacc. 1. 2.

ciam sedulo,
Vt potissumum quod in rem recte conducat tuam,
Id petam, id persequarque corde et animo atque viribus

Ty. Facis ita, ut te facere oportet. nunc animum advortas volo:
Omnium primum salutem dicito matri, et patri,
Et cognatis, et si quem alium benevolentem videris:
Me hic valere, et servitutem servire huic homini optumo,
Qui me honore honestiorem et fecit semper, et facit.

Ph. Istuc ne praecipias: facile memoria memini tamen.

Ty. Nam quidem, nisi quod custodem habeo, liberum me esse arbitror.
Dicito patri quo pacto mihi cum hoc convenerit
De hujus filio. Ph. quae memini, mora mera 'st monerier.

Ty. Vt eum redimat, et remittat nostrum huc amborum vicem.

Ph. Meminero. He. at quam primum poteris: istuc in rem utrique est maxume.

VARIAE LECTIONES

30. *et quem alium*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— *benivolum*. Reg. 1. —— 32. sic Reg. 1. reliqui *semper fecit et facit* —— 33. *memini*. Ty. *tamen*. Reg. 1. 2. Laur. O. Tacc. 1. 2. —— 35. *convenit* Reg. 1. 2.

PH. Non tuum tu magis videre, quam ille suum gnatum cupit.
HE. Meus mihi, suus quoque est carus. PH. nunquid aliud vis patri
Nunciari? TY. me hic valere et tute audacter dicito,
Tyndare, inter nos fuisse ingenio haud discordabilis,
Neque te commeruisse culpam, neque me advorsatum tibi,
Beneque hero gessisse morem in tantis aerumnis tamen.
Neque med unquam deseruisse te, neque factis, neque fide,
Rebus in dubiis, egenis. haec pater quando sciet,
Tyndare, ut fueris animatus erga suum gnatum atque se,
Nunquam erit tam avarus, quin te gratis emittat manu;
Et mea opera, si hinc rebito, faciam ut faciat facilius.
Nam tua opera et comitate et virtute et sapientia
Fecisti, ut redire liceat ad parentis denuo;
Quom apud hunc confessus es et genus, et

VARIAE LECTIONES

48. *gratus*. Reg. 2. Ambr. 1. (gl. *al. gratis*). Vat. 1. 8. 9. 11. 14. Laur. 2. 3. Reliqui *gratis*; *gratiis*. Laur. 1. — 49. *redibo* Reg. 2. Ambr. 2. 5. Laur. 2. ad 5. 7. 8. 9. Barb. Tacc. 1. 2. *redito* Laur. 6. 10. 11. 12. 14.

divitias meas;
Quo pacto emisisti e vinclis tuum herum tua sapientia.
PH. Feci ego ista ut commemoras: et te meminisse id gratum 'st mihi.
Merito tibi ea evenerunt a me. nam nunc, Philocrates,
Si ego item memorem, quae med erga multa fecisti bene;
Nox diem adimat. nam si servos meus esses, nihilo secius
Mihi obsequiosus semper fuisti. HE. Di vostram fidem!
Hominum ingenium liberale! ut lacrumas excutiunt mihi!
Videas corde amare inter se. quantis laudibus suum herum
Servos collaudavit! PH. istic pol haud me centesimam
Partem laudat, quam ipse meritu 'st, ut laudetur laudibus.
HE. Ergo, quom optime fecisti, nunc adest occasio
Benefacta cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter.
PH. Magis non factum possum velle, quam

VARIAE LECTIONES

53. *exemisti.* Laur. 10. *emisti.* Laur. 13. — 61. *me haud.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. — 65. *possum factum.* Reg. 2.

opera experiar persequi:
Id ut fcias, Jovem fupremum teftem laudo, Hegio,
Me infidelem non futurum Philocrati. HE. probus es homo.
PH. Nec me fecus unquam ei facturum quidquam, quam memet mihi.
TY. Iftaec dicta te experiri et operis et factis volo,
Et quo minus dixi, quam volui, de te, animum advortas volo.
Atque horunc verborum cauffa caveto mihi iratus fuas,
Sed, te quaefo, cogitato, hinc mea fide mitti domum
Te aeftumatum, et meam effe vitam hic pro te pofitam pignori.
Ne tu me ignores, quom extemplo meo e confpectu abfceffèris,
Quom me fervom in fervitute pro te hic reliqueris;
Tuque te pro libero effe ducas, pignus deferas:

e 2

VARIAE LECTIONES

66. *teftem do.* Reg. 1. (in quo tamen prima syllaba *lau* videtur scalpro erasa) 2. Ambr. 1. (altera manus repofuit *laudo*) 3. 6. Vat. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19 20. Laur. 2. ad 6. 8. ad 14. Barb. Tacc. 1. 2. *laudo* Vat. 11. deleta veteri manu vocula *do* —— 68. Deeft *quidquam*, Reg. 1. 2. —— 72. *te mea fide.* Reg. 1. 2. —— 76. *pro l. effe pignus defideras.* Reg. 1. 2. Vat. 2. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. Laur. 4. 5. 6. 8. ad 12. 14. Barb. Tacc. 1. 2. *pignus defideres.* Vat. 16. *pro l. e. pignus deferas.* Vat. 3. Laur. 2. 3. 7. *pro l. effe ducas pignus defideras.* Vat. 8. Laur. 13.

Neque des operam, pro me ut hujus reducem facias filium.
Scito te hinc minis viginti aestumatum mittier.
Fac fidele sis fideli: cave fidem fluxam geras.
Nam pater, scio, faciet, quae illum facere oportet, omnia.
Serva in perpetuum tibi amicum me, atque hunc inventum inveni.
Haec per dexteram tuam, te dextera retinens manu,
Obsecro, infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi.
Tu hoc age. tu mihi herus nunc es, tu patronus, tu pater.
Tibi commendo spes opesque meas. PH. mandavisti satis.
Satin' habes, mandata quae sunt, facta si refero? TY. satis.
PH. Et tua et tua huc ornatus reveniam ex sententia.
Nunquid aliud? TY. ut quamprimum possis redeas. PH. res monet.
HE. Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi:

VARIAE LECTIONES

77. *atque des.* Reg. 1. 2. Barb. Tacc. 1. 2. —— 79. *fac fidele fideli* (gl. *al. fidelis sis fideli*) Reg. 1. *fac fidelis sis fideli*. Reg. 2. Laur. 2. ad 9. 11. ad 14 Tacc 1. 2. *fac fidele*. Laur. 1. —— 81. *serva tibi*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 87. *& tua huc orn.* Reg. 1. 2. Ambr. 2. ad 6. Vat. praeter primum omnes. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2.

Eadem opera a Praetore ſumam ſyngraphum. Ty. quem ſyngraphum?
He. Quem hic ferat ſecum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum.
Tu intro abi. Ty. bene ambulato. Ph. bene vale. He. edepol rem meam
Conſtabilivi, quom illos emi de praeda a Quaeſtoribus.
Expedivi ex ſervitute filium, ſi Di's placet.
At etiam dubitavi hos homines emerem, an non emerem, diu.
Servate iſtum ſultis intus, ſervi: ne quoquam pedem
Efferat ſine cuſtode: ego apparebo domi.
Ad fratrem modo capteivos alios inviſo meos.
Eadem percunctabor, ecquis hunc adulescentem noverit.
Sequere tu, te ut amittam: ei rei primum praevorti volo.

VARIAE LECTIONES

93. *illum.* Reg. 1. Tacc. 1. 2. —— 94. *a ſervitute.* Reg. 1. 2.

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA

ERGASILVS

Miser homo 'st, qui ipse sibi quod edit quaerit, et id aegre invenit:
Sed ille est miserior, qui et aegre quaerit, et nihil invenit.
Ille miserrimu 'st, qui, quom esse cupit, quod edit non habet.
Nam, hercle, ego huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens;
Ita malignitate oneravit omnis mortalis mihi.
Neque jejuniosiorem, neque magis effertum fame
Vidi; nec qui minus procedat quidquid facere occeperit.
Itaque venter gutturque resident esuriales ferias.
Ilicet parasiticae arti maxumam in malam crucem!

VARIAE LECTIONES

6. *effractum fame.* Reg.2. Ambr.2. ad 5. Vat. 2. ad 7. 9. ad 20. Laur. 1. ad 6. 8. ad 14. Tacc. 1. 2. Barb. *offractum.* Reg. 1. *eefractum.* Ambr. 1. *etfertum.* Vat. 1. *ecfertium.* Vat. 8. (*effertum* habent Ambr. 6. Laur 7.) —— 7. *cui* (al. *quoi*) Reg. 1. Vat. 2. ad 7. 9. ad 20. Laur. 1. ad 12. 14. Tacc. 1. Barb. —— *occepit.* Vat. 14. 16. Tacc. 1. *occeperit.* Tacc. 2. —— 9. Deest *in.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. *licet.* Tacc. 1. 2.

Ita juventus jam ridiculos inopesque ab se segregat.
Nihil morantur jam Laconas imi subsellii viros,
Plagipatidas, quibus sunt verba sine penu et pecunia.
Eos requirunt, qui lubenter, quom ederint, reddant domi.
Ipsi obsonant, quae parasitorum ante erat provincia.
Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt,
Quam in tribu aperto capite sontes condemnant reos.
Neque ridiculos jam terunci faciunt; sese omnes amant.
Nam ut dudum hinc abii, accessi ad adulescentes in foro:
Salvete, inquam: quo imus una, inquam, ad prandium? atque illi tacent.
Quis agit hoc? aut, quis profitetur? inquam, quasi muti silent,

VARIAE LECTIONES

11. *uni subs.* Reg. 2. Tacc. 1. —— 12. *verba* (gl. al. *verbera*) Reg. 1. —— 13 *aderint.* Reg. 1. —— 16. *operto capite.* Reg 2. Laur. 1. 2. 3. 6. 9. 10. 14. Vat. 6. 7. 19. — 17. *tam ter. fac.* Reg. 2. Laur. 1. 2. 3. 5. 6. 8. 11. 12 13. Vat. 1. 2. 5. 6. 7. 9. 13. 14. 16. 17. 18. 19. Tacc. 1. *tam ter. fac. quam sese o. a.* Reg. 1. Laur. 4. 7. 9. 10. 14. Vat. 4 11. 12. 13. 15. 18 Tacc. 2. Barber. —— 20. *Quis ait hoc* Laur. 1. 2. 3. 13. Vat. 1. 8. *ume arrident.* Tacc. 2.

Neque me rident. Vbi coenamus? inquam. atque illi abnuunt.
Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus,
Quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier.
Nemo ridet: scivi extemplo rem de compacto geri.
Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier.
Saltem, si non arriderent, dentes ut restringerent.
Abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier.
Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una res.
Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearii.
Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier.
Item alii parasiti frustra obambulabant in foro.
Nunc barbarica lege certum est jus meum omne persequi.
Qui concilium iniere, quo nos victu et vita prohibeant,
His diem dicam, irrogabo multam: ut mihi coenas decem

VARIAE LECTIONES

22.d.*dictum*. Reg. 1. *unum ridiendum*. Tacc.1.—30. *quom me*.Reg. 1.*cum me* Reg.2,Tacc.1.2.—31.*obambulant*.Reg.1.

Meo arbitratu dent, quom cara annona ſit : ſic egero.
Nunc ibo ad portum hinc. eſt illic mihi una ſpes coenatica :
Si ea decolabit, redibo huc ad ſenem ad coenam aſperam.

VARIAE LECTIONES

37.*recollaudabit* Vat.2.5.10.*decollaudabit.* Vat.9.11.*recolabit.* Vat.15. *decollapſit.*Vat.6.

SCENA SECVNDA

HEGIO

QVid eſt ſuavius, quam bene rem gerere bono publico? ſicut ego feci heri,
Quom emi hoſce homines . ubi quiſque vident, eunt obviam,
Gratulanturque eam rem. ita me miſerum reſtitando,
Retinendoque laxum reddiderunt.
Vix ex gratulando miſer jam eminebam.
Tandem abii ad Praetorem : ibi vix requievi, rogo ſyngraphum :
Datur mihi : illico dedi Tyndaro : ille abiit

VARIAE LECTIONES

1. *rem bene.* Reg.1.2. —— 5.*miſeriam emittebam* (gl. *al. miſer eminebam*) Reg. 1. —— 7.*illico de Tindaro.* Reg.1. 2.Laur.O. Vat. 2. 4. 5. 6. 7. 9. 10. ad 18. 20. Tacc. 1. 2.

domum.
Inde illico revortor domum: postquam id actum est, eo
Protinus ad fratrem: inde abii, mei ubi sunt alii capteivei:
Rogo, Philocratem ex Alide ecquis omnium noverit?
Tandem hic exclamat, eum sibi esse sodalem. dico esse eum
Apud me. hic extemplo orat obsecratque, eum sibi ut liceat
Videre: iussi illico hunc exsolvi. nunc tu sequere me,
Vt quod me oravisti, impetres, eum hominem ut convenias.

VARIAE LECTIONES

11. Deest *tandem*. Reg. 1. 2. Tacc. 2. —— *eum esse sibi sodalem*. Reg. 1. 2. Tacc. 1.

SCENA TERTIA

TYNDARVS

NVnc illud est, quom me fuisse, quam esse, nimio mavolim:

VARIAE LECTIONES

1. *nemo mavelim*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. Laur 1. ad 7. 9. ad 12. 14. Ambr. 1. 3. 4. 5. 6. Barber. Vat. omnes *nemo*.

Nunc ſpes, opes, auxiliaque a me segregant, ſpernuntque se.

Hic ille 'ſt dies, quom nulla vitae meae ſalus ſperabilis eſt.

Neque exſilium exitio 'ſt: neque adeo ſpes, quae mihi hunc aſpellat metum:

Nec mendaciis ſubdolis mihi uſquam mantellum 'ſt meis.

Nec ſycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam 'ſt.

Neque deprecatio perfidiis meis, nec malefactis fuga 'ſt.

Nec confidentiae uſquam hoſpitium 'ſt, nec diverticulum dolis.

Operta quae fuere, aperta ſunt: patent praeſtigiae.

Omnis res palam 'ſt: neque de hac re negotium 'ſt, quin male

Occidam, oppetamque peſtem, heri vicem meamque.

Perdidit me Ariſtophontes hic, qui intro venit modo:

f 2

VARIAE LECTIONES

2. *ſpernuntque me.* Reg. 1. Tacc. 1. 2. Laur. 1. ad 5. 7. ad 14. Vat. 1. 2. 4. ad 10. 12, ad 20. Barb. *deſperantque me.* Laur. 7. *ſeparantque me.* Vat. 3. *ſperantque me.* Vat. 11. —— 3. *ſp. eſt mecum.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 4. d. *metum.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 7. *precatio* Reg. 1. 2. Tacc. 1. (gl. *precautio*) 2. Barb. Laur. O. Vat. O. Solus 8. habet *deprecatio* —— 9. *fuerunt* Reg. 1. Tacc. 2. —— 12. *venit modo intro.* Reg. 1. 2. Barb. Amb. O. Vat. O. Tacc. 1. 2.

Is me novit: is sodalis Philocrati, et cognatus eſt.
Neque jam Salus ſervare, ſi volt, me poteſt: nec copia 'ſt:
Niſi ſi aliquam corde machinor aſtutiam.
Quam, malum! quid machiner? quid comminiſcar? maxumas
Nugas ineptiaſque incipiſſo. haereo.

VARIAE LECTIONES

16. *Quam malim?* Reg. 1. —— 17. *incipiſſe*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. —— *hereo* (gl. *al. borreo*) Tacc. 1. 2.

SCENA QVARTA

HEGIO, TYNDARVS, ARISTOPHONTES

QVo illum nunc hominem proripuiſſe foras ſe dicam ex aedibus?
TY. Nunc enimvero ego occidi: eunt ad te hoſtes, Tyndare. quid loquar?
Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi
Res omnis in incerto ſita 'ſt. quid rebus confidam meis?
Vtinam te Di prius perderent, quam periiſti e patria tua,

Aristophontes, qui ex parata re imparatam omnem facis.
Occisa est haec res, nisi reperio atrocem mihi aliquam astutiam.
He. Sequere. hem tibi hominem. adi, atque alloquere. Ty. quis homo 'st me hominum miserior?
Ar. Quid istuc est, quod meos te dicam fugitare oculos, Tyndare?
Proque ignoto me aspernari, quasi me nunquam noveris?
Equidem tam sum servos, quam tu: etsi ego domi liber fui,
Tu usque a puero servitutem servivisti in Alide.
He. Edepol minume miror, si te fugitat, aut oculos tuos,
Aut si te odit, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate.
Ty. Hegio, hic homo rabiosus habitus est in Alide.
Ne tu, quod istic fabuletur, auris immittas tuas.
Nam istic hastis insectatus est domi matrem et patrem
Et illic isti, qui sputatur, morbus interdum venit.
Proin tu ab istoc procul recedas. He. ultro

VARIAE LECTIONES

6. imparatam rem. Reg. 2. — 13. *is si te fugitat.* Reg. 1. 2. — 14. *appellas.* Reg. 1.

istum a me. Ar. ain' verbero,
Me rabiosum? atque insectatum esse hastis meum memoras patrem?
Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier?
He. Ne verere: multos iste morbus homines macerat,
Quibus insputari saluti fuit. Ty. atque Aliis profuit.
Ar. Quid tu autem etiam huic credis? He. quid ego credam huic? Ar. insanum esse me.
Ty. Viden' tu hunc, quam inimico voltu intuetur? concedi optumum 'st.
Hegio, fit quod tibi ego dixi: gliscit rabies. cave tibi.
He. Credidi esse insanum extemplo, ubi te appellavit Tyndarum.
Ty. Quin suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit qui siet.
He. At etiam te suum sodalem esse ajebat. Ty. haud vidi magis.

VARIAE LECTIONES

23. *saluti fuit, atque his profuit.* Reg. 1. 2. Vat. 3. 5. 6. 8. 10. ad 13. 15. 18. Ambr. 2. 4. Tacc. 1. 2. *atque is prof.* Vat. 14. 17. Ambr. 5 *iis.* Vat. 7. 9 19. *hiis.* Vat. 4. 16. *hic prof.* Vat. 2. —— 26. *sic quod tibi ego dixi.* Reg. 2. Tacc. 2. *sic quod ego t. d.* Vat. 2. 3. 5. 6. 7 9. ad 13. 16. ad 19. Ambr. 2. 3. 4. 5. 6. *sit quod.* Vat. 14. Ambr. 1. Tacc. 1. *sic est quod.* Reg. 1. —— 29. Ty. *audivi.* Reg. 1. *audivi dii magis.* Reg. 2. Vat. 3. 6. 11. 16. 17. Ambr. 1. (gl. *vel magni. idest melius dent*) 6. (gl. *vel magni*) Tacc. 1. *audivi dii magni.* Vat. 2. 4. 5. 7. 9. 10. 12. ad 15. 17. 18. 19. Barb. Tacc. 2.

Et quidem Alcmaeo, atque Orestes, et Lycurgus postea
Vna opera mihi sunt sodales, qua iste. AR. at etiam, furcifer,
Male mihi loqui audes? non ego te novi? HE. pol planum id quidem est
Non novisse, qui istunc appelles Tyndarum pro Philocrate.
Quem vides, eum ignoras: illum nominas, quem non vides.
AR. Imo iste eum sese ait, qui non est, esse, et qui vero est, negat.
TY. Tu enim repertus Philocratem qui superes veriverbio!
AR. Pol, ego ut rem video, tu inventus, vera vanitudine
Qui convincas! sed, quaeso, hercle, agedum, aspice ad me. TY. hem! AR. dic modo,
Te negas Tyndarum esse? TY. nego, inquam. AR. tun' te Philocratem esse ais?
TY. Ego inquam. AR. tune huic credis? HE. plus quidem quam tibi aut mihi.

VARIAE LECTIONES

30. *Alcinous.* Reg. 1. Vat. 1. 3. 4. ad 7. 9. ad 13. 15. ad 19. Ambr. 2. 3. 5. Tacc. 2. *Alcineus.* Reg. 2. *Alcmaeus.* Vat. 8. Ambr. 1. 6. *Altinous.* Vat. 14. Tacc. 1. *Altious.* Vat. 2. —— 32. *i. qui mihi.* Reg. 1. 2. — *pol planum.* Reg. 1. 2. *planum.* Tacc. 2. — 35. *d. est* Reg. 1. —— 33. *d. istunc.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 38. *aspice ad me. Dic modo.* Reg. 1. 2. Vat. 3. 4. 5. ad 19. Tacc. 1. *ad me. en dic m.* Tacc. 2. —— 39. *tute.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

Nam ille quidem, quem tu hunc memoras esse, hodie hinc abiit Alidem
Ad patrem hujus. AR. quem patrem, qui servos est? TY. et tu quidem
Servos, et liber fuisti, et ego me confido fore,
Si hujus huc reconciliasso in libertatem filium.
AR. Quid ais, furcifer? tun' te gnatum memoras liberum?
TY. Non equidem me Liberum, sed Philocratem esse ajo. AR. quid est?
Vt scelestus, Hegio, nunc is te ludos facit!
Nam is est servos ipse, neque praeter se unquam ei servos fuit.
TY. Quia tute ipse eges in patria, nec tibi, qui vivas, domi 'st,
Omnis inveniri similis tibi vis. non mirum facis.
Est miserorum, ut malevolentes sint, atque invideant bonis.
AR. Hegio, vide sis, ne quid tu huic temere insistas credere.
Atque, ut perspicio, profecto jam aliquid pugnae edidit.
Filium tuum quod redimere se ait, id neutiquam mihi placet.

VARIAE LECTIONES.

41. 8. *hunc*. Reg. 1. 2. — 47. *iste*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. — 54. *quem redimere*. Reg 2. Vat. 2. 4. 5. 6 7. 9. ad 14. 16. 17. 18. Laur. 5. 7. 9. 11. Barb. — *ne inquam m. p.* Vat. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. ad 15. 17. 18. 19. Laur. 1. 4. ad 14. Barb. Tacc. 1. 2. *ne unquam*. Reg. 1. Vat. 16. 20. Laur. 2. 3. *ne utiquam*. Vat. 8.

TY. Scio, te id nolle fieri: efficiam tamen ego id, si Di adjuvant.
Illum restituam huic, hic autem in Alidem me meo patri.
Propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum. AR. quin tute is es:
Neque praeter te in Alide ullus servos istoc nomine 'st.
TY. Pergin' servom me exprobare esse, id quod vi hostili obtigit?
AR. Enimvero jam nequeo contineri. TY. heus, audin' quid ait? quin fugis?
Jam illic hic nos insectabit lapidibus, nisi illum jubes
Comprehendi. AR. crucior. TY. ardent oculi: fune opu' st, Hegio.
Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem. AR. at pol te, si hic sapiat senex,
Atra pix agitet apud carnuficem, tuoque capiti illuceat.
TY. Jam deliramenta loquitur: larvae stimulant virum.

8

VARIAE LECTIONES

57. *quem? tute is es.* Reg. 1. 2. (altera manus reposuit *quin*) —— 60. *heus tu quid agis? q. f.* Reg. 1. 2. Laur. 1. ad 14. Vat. 2. ad 7. 11. ad 17. 19. Barb. Tacc. 1. 2. *quid agis quin facis.* Vat. 10. *quis ais quin fugis.* Vat. 18. —— 61. *insectabitur.* Reg. 1. 2. Vat. O. praeter 8. 9. et 17. Barb. Laur. 5. 6. 7. 11. 12. 14. Tacc. 1. 2. —— 64. *si te hic s. s.* Reg. 1.

HE. Hercle! quid si hunc comprehendi jusserim? TY. sapias magis.
AR. Crucior, lapidem non habere me, ut illi mastigiae
Cerebrum excutiam, qui me insanum verbis concinnat suis.
TY. Audin', lapidem quaeritare? AR. solus te solum volo,
Hegio. HE. istinc loquere, si quid vis; procul tamen audiam.
TY. Namque edepol, si adbites propius, os denasabit tibi
Mordicus. AR. neque pol me insanum, Hegio, esse creduis,
Neque fuisse unquam, neque esse morbum, quem istic autumat.
Verum, si quid metuis a me, jube me vinciri: volo,
Dum istic itidem vinciatur. TY. imo enimvero, Hegio,
Istic, qui volt, vinciatur. AR. tace modo: ego te, Philocrates
False, faciam, ut verus hodie reperiare Tyndarus.
Quid mi abnutas? TY. tibi ego abnuto? quid agat, si absis longius?

VARIAE LECTIONES

67. Sic Codices omnes praeter Vat. 8. in quo deleta priori voce, superadditum postea aliud *quid.* —— 73. *creduas* Reg. 1. —— 77. deest *te.* Reg. 1. 2. Tacc 1. 2. —— 78. *Tyndarus longius.* Codd. O. —— 79. deest *longius.* Codd. O.

HE. Quid ais? quid si adeam hunc insanum? TY. nugas ludificabitur!
Garrier, quo neque pes unquam, neque caput compareat.
Ornamenta absunt; Ajacem, hunc quom vides, ipsum vides.
HE. Nihili facio, tamen adibo. TY. nunc ego omnino occidi,
Nunc ego inter sacrum saxumque sto; nec, quid faciam, scio.
HE. Do tibi operam, Aristophontes, si quid est, quod me velis.
AR. Ex me audibis vera, quae hunc falsa opinare, Hegio.
Sed hoc primum me expurgare tibi volo, me insaniam
Neque tenere, neque mi esse ullum morbum, nisi quod servio.
At ita me rex Deorum atque hominum faxit patriae compotem,
Ut istic Philocrates non magis est, quam aut ego, aut tu. HE. eho! dic mihi,
Quis igitur ille 'st? AR. quem dudum dixi a principio tibi.

VARIAE LECTIONES

81. *quo neque*. Reg 1. —— 82. *H rnamenta*. Reg. 1. Laur. 4. (altera manus reposuit *armenta*) 6. 7. 8. 10. ad 14. Ambr. 1. 2. (gl. *al. ornamenta*) 3. (gl. *al. armenta*) 4. 5. Tacc. 1. (gl *armenta*) 2. Laur. 1. 2. 3. —— 88. *esse mihi ullum morbum* Reg. 1. *mi esse ullum m.* Reg. 2. Tacc. 2. —— 91. *illic igitur est*. Reg. 1. 2.

Hoc si secus reperies, nullam caussam dico, quin mihi
Et parentum et libertatis apud te deliquio fiet.
He. Quid tu ais? Ty. me tuum esse servom, et te meum herum. He. haud istuc rogo.
Fuistin' liber? Ty. fui. Ar. enimvero non fuit, nugas agit.
Ty. Qui tu scis? an tu fortasse fuisti meae matri obstetrix,
Qui id tam audacter dicere audes? Ar. puerum te vidi puer.
Ty. At ego te video major majorem. hem rursum tibi!
Meam rem non cures, si recte facias. num ego curo tuam?
He. Fuitne huic pater Thesaurochrysonicochrysides?
Ar. Non fuit, neque ego istuc nomen unquam audivi ante hunc diem.
Philocrati Theodoromedes fuit pater. Ty. pereo probe.
Quin quiescis dierectum, cor meum! i ac su-

VARIAE LECTIONES

99. Ar. *num ego c. t.* Reg. 1. 2. Laur. 4. 5. 7. ad 14. Vat. 17. Barb. Ambr. 3 6. Tacc. 1. *non ego c. t.* Vat. 2. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 13. 14. 16. 19. Ambr. 2. 4. 5. Tacc. 2. —— 103. *dic ereptum c. m. ac f. t.* Reg. 1 Laur. 12. Vat. 6. 16. 17. *dic erectum c. m. ac f. t.* Reg. 2. Vat. 2. 3. 4. 5. 9 10. 11. 12. 14. 15. 19. Laur. 9. 10. 11. 1. Barb. Ambr. 4. 6. Tacc. 1. *die rectum.* Ambr. 1. 3. (prima manu, *die erectum*) Laur. 1. ad 7. *dic rectum.* Vat. 8. *dic certum.* Vat. 7. *dirrectum.* Vat. 18. *dic enectum.* Laur. 8. *dierectum.* Ambr. 5. Vat. 13. Tacc. 2.

ſpende te.
Tu ſuſſuitas, ego miſer vix aſto prae formidine.
HE. Satin' iſtuc mihi exquiſitum 'ſt, fuiſſe hunc ſervom in Alide,
Neque eſſe hunc Philocratem? AR. tam ſatis, quam nunquam hoc invenies ſecus.
Sed ubi is nunc eſt? HE. ubi ego minume, atque ipſus ſe volt maxume.
Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus ſum miſer
Hujus ſceleſti technis; qui me, ut lubitum 'ſt, ductavit dolis.
Sed vide ſis. AR. quin exploratum dico et provisum hoc tibi.
HE. Certon'? AR. quin nihil, inquam, invenies hoc certo certius.
Philocrates jam inde uſque amicus fuit mihi a puero puer.
HE. Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates? AR. dicam tibi:
Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, et oculis nigris,
Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus. HE. convenit.
TY. Vt quidem, hercle, in medium ego ho-

VARIAE LECTIONES

106. *invenies hoc*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 108. *ego erumnatus*. Reg. 1. 2. Laur. 2. ad 14. Barb. Tacc. 1. 2. Ambr. 1. 2. 3. 5. 6. *eruncinatus*. Ambr. 4. *deunciatus*. Laur. 1. —— 115. *aliquantulum criſpus*. Reg. 2.

die pessume processerim.
Vae illis virgis miseris, quae hodie in tergo morientur meo.
He. Verba mihi data esse video. Ty. quid cessatis, compedes,
Currere ad me, meaque amplecti crura, ut vos custodiam?
He. Satin' me illi hodie scelesti capti ceperunt dolo?
Illic servom se assimulabat, hic sese autem liberum.
Nucleum amisi, reliquit pigneri putamina.
Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevere offuciis.
Hic quidem me nunquam irridebit. Colaphe, Cordalio, Corax,
Ite istinc, atque efferte lora. Lor. num lignatum mittimur?

VARIAE LECTIONES

118. *esse data*. Reg. 1. 2. —— 123. *sursum os subl*. Reg. 1. Tacc. 1.

SCENA QVINTA

HEGIO, TYNDARVS, ARISTOPHONTES

INjicite huic manicas mastigiae.
Ty. Quid hoc est negoti? quid ego deliqui? He. rogas?

Sator sartorque scelerum et messor maxume.
TY. Nonne occatorem dicere debebas prius?
Nam semper occant, prius quam sarriunt, rustici:
HE. At ut confidenter mihi contra astitit!
TY. Decet innocentem servom atque innoxium
Confidentem esse, suum apud herum potissumum:
HE. Astringite isti, sultis, vehementer manus.
TY. Tuus sum, tu has quidem vel praecidi jube.
Sed quid negoti 'st, quamobrem succenses mihi?
HE. Quia me meamque rem, quod in te uno fuit,
Tuis scelestis falsidicis fallaciis
Delaceravisti, deartuavistique opes.
Confecisti omnis res ac rationes meas.
Ita mi exemisti Philocratem fallaciis.
Illum esse servom credidi, te liberum.

VARIAE LECTIONES.

4. *Occatorem dicere debebas prius*. Laur. 1. ad 4. 6. 7. Vat. fere omnes. Barb. Ambr. 2. 4. 5. 6. Tacc. 2. Reg. 1. *dicere audebas*. Laur. 5. 8. ad 14. Ambr. 1. (gl. *debebas*) 3. Tacc. 1. *audebis*. Reg. 2. — 10. *tuas quidem*. Vat. 8. — 12. *te in uno*. Reg. 1. Tacc. 2. — 16. *et amisisti*. Reg. 1. *et emisisti*. Reg. 2. Laur. 4. 5. 8. 12. 14. Ambr. 3. 5. Vat. 11. 12. 19. Tacc. 1. 2. *m. emisisti*. Laur. 1. 2. 3. 9. 10. Vat. 3. *ademisti*. Laur. 6. *amisisti*. Vat. 15. *exemisisti*. Vat. 18. *et emisti*. Ambr. 1. Barb. — *ita mihi*. Codd. O.

Ità vosmet ajebatis, itaque nomina
Inter vos permutastis. Ty. fateor, omnia
Facta esse ita, ut tu dicis, et fallaciis
Abiisse eum abs te, mea opera atque astutia:
An, obsecro hercle te, id nunc succenses mihi?
He. At cum cruciato maxumo id factum 'st tuo.
Ty. Dum ne ob malefacta peream, parvi aestumo.
Si ego hic peribo, ast ille, ut dixit, non redit:
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile,
Meum herum captum ex servitute, atque hostibus
Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem,
Meumque potius me caput periculo
Praeoptavisse, quam is periret, ponere.
He. Facito ergo, ut Acherunti clueas gloria.
Ty. Qui per virtutem peritat, non interit.
He. Quando ego te exemplis excruciavero pessumis,
Atque ob sutelas tuas te morti misero,
Vel te interisse, vel perisse praedicent,

VARIAE LECTIONES

18. *inter vos nomina perm.* Reg. 1. Sic quoque Reg. 2. a prima manu. —— 20. d. *tu* Reg. 1. 2. Tacc. 2. —— 31. *Acher. dicas gloriam.* Reg. 1. 2. Laur. O. Vat. praeter 8. omnes. Barber. Tacc. 1. 2. —— 32. *perit at non int.* Reg. 1. —— 33. *pessumis excruciavero.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

Dum pereas, nihil interduo, dicant vivere.
TY. Pol si istuc faxis, haud sine poena feceris,
Si ille huc redibit, sicut confido affore.
AR. Pro Di immortales! nunc ego teneo, nunc scio
Quid sit hoc negoti. meus sodalis Philocrates
In libertate est ad patrem in patria. bene est:
Nec est quisquam mihi, aeque melius quoi velim.
Sed hoc mihi aegre 'st, me huic dedisse operam malam,
Qui nunc propter me, meaque verba vinctus est.
HE. Vetuin' te quidquam mihi hodie falsum proloqui?
TY. Vetuisti. HE. cur es ausus mentiri mihi?
TY. Quia vera obessent illi, quoi operam dabam:
Nunc falsa prosunt. HE. at tibi oberunt. TY. optume 'st.

b

VARIAE LECTIONES

36. *interdico*. Reg. 1. 2. Laur. O. Vat. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 38. *et sicut confido afforet*. Vat. 3. 7. 8. 9. 11. 17. 18. Laur. 3. a 6. 9. ad 14. Barb. Tacc. 2. *et sicut conf. affore*. Reg. 2. Laur. 1. 2. 7. 8. Vat. 4. 5. 10. 12. 13. 14. Tacc. 1. *etiam sicut*. Vat. 2. *et sic confido afforet*. Vat. 15. *et sic conf. affore*. Reg. 1. *et sicut conf. afferet*. Vat. 16. *ut conf. fore*. Vat. 6. —— 42. *quisquam est mihi*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 48. *d. est*. Reg. 1. 2. Tacc. 1.

At herum servavi, quem servatum gaudeo:
Quoi me custodem addiderat herus major meus.
Sed malene id arbitrare factum? HE. pessume.
TY. At ego ajo recte, qui abs te seorsum sentio.
Nam cogitato, si quis hoc gnato tuo
Tuus servos faxit, qualem haberes gratiam?
Emitteresne, necne, eum servom manu?
Essetne apud te is servos acceptissumus?
Responde. HE. opinor. TY. cur ergo iratus mihi es?
HE. Quia illi fuisti, quam mihi, fidelior.
TY. Quid? tu una nocte postulavisti et die
Recens captum hominem, nuperum, et novitium,
Te perdocere, ut melius consulerem tibi,
Quam illi, quicum una a puero aetatem exegeram?
HE. Ergo ab eo petito gratiam istam. ducite,
Vbi ponderosas crassas capiat compedes;
Inde ibis porro in latomias lapidarias.
Ibi quom alii octonos lapides effoderint,
Nisi quotidianus sesquiopus confeceris,
Sexcentoplago nomen indetur tibi.
AR. Per Deos atque homines ego te obtestor,

VARIAE LECTIONES

57. *ingratus*. Reg. 1. (gl. *al. iratus*) 2. Vat. 3. 6. 7. 11. 12. 13. 17. Laur. 4. 5. 6. 9. 10. 14. Ambr. 5. 6. Tacc. 1. — 63. *istam gratiam*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. — 67. *quotidianos*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

Hegio,
Ne tu istunc hominem perduis. He. curabitur.
Nam noctu nervo vinctus custodibitur,
Interdius sub terra lapides eximet.
Diu ego hunc cruciabo, non uno absolvam die.
Ar. Certumne 'st tibi istuc? He. non moriri certiu 'st.
Abducite illum actutum ad Hyppolitum fabrum,
Iubete huic crassas compedes impingier:
Inde extra portam ad meum libertum Cordalum
In lapicidinas facite deductus siet:
Atque hunc ita me velle, dicite, curarier,
Ne qui deterius huic sit, quam quoi pessume 'st.
Ty. Cur ego te invito me esse salvom postulem?
Periculum vitae meae stat tuo periculo.
Post mortem in morte nihil est, quod metuam, mali.
Etsi pervivo usque ad summam aetatem, tamen

VARIAE LECTIONES

73. *hunc ego.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. —— 74. *moriri certius.* Reg. 1. 2. Tacc. 2. —— 77. *Cordalium.* Reg. 1. 2. Laur. 4. 6. ad 14. Vat. praeter 8. Omnes. Barb. Tacc. 1. 2. —— 80. *quid deter.* Reg. 1. 2. Vat. O. dempto 8. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 81. *tuo stat.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

Breve spatium 'st perferundi, quae minitas mihi.
Vale atque salve: etsi, aliter ut dicam, meres.
Tu, Aristophontes, de me ut meruisti, ita vale,
Nam mihi propter te hoc obtigit. He. abducite.
Ty. At unum hoc quaeso, si huc rebitet Philocrates,
Vt mihi ejus facias conveniundi copiam.
He. Periistis, nisi hunc jam e conspectu abducitis.
Ty. Vis haec quidem hercle 'st, et trahi et trudi simul.
He. Illic est abductus recta in phylacam, ut dignus est.
Ego illis capteivis aliis documentum dabo,
Ne tale quisquam facinus incipere audeat.
Quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit palam,
Vsque offrenatum suis me ductarent dolis.
Nunc certum 'st nulli post haec quidquam credere.
Satis sum semel deceptus. speravi miser
Ex servitute me exemisse filium.

VARIAE LECTIONES

97. *usque offerre natum* Reg. 1. 2. Ambr. O. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. Vat. O. Solus tamen Vat. 8. habet *ofere natum*, et 18. *efferre gnatum*.——98. *posthac*. Reg. 1.

Ea ſpes elapſa 'ſt. perdidi unum filium
Puerum quadrimum, quem mihi ſervos ſurpuit:
Neque enim ſervom unquam repperi, neque filium:
Major potitus hoſtium 'ſt. quod hoc eſt ſcelus!
Quaſi in orbitatem liberos produxerim.
Sequere hac: reducam te ubi fuiſti. neminis
Miſereri certum 'ſt, quia mei miſeret neminem.

Ar. Exauſpicavi ex vinclis. nunc intellego,
Redauſpicandum eſſe in catenas denuo.

VARIAE LECTIONES

101 *ſurripuit*. Reg. 1. 2. Tacc. 2.

ACTVS QVARTVS

SCENA PRIMA

ERGASILVS

Ivppiter ſupreme, ſervas me meaſque auges opes.
Maxumas opimitates, opiparaſque offers mihi.

VARIAE LECTIONES

2. *optimitates*. Reg. 1. Ambr. 5. Vat. 16. *opimates*. Reg. 2. Tacc. 1. Vat. 2. 3. 6. 10. 11. 14. 17. Ambr. 1. (gl. *al. opimitas*) 3. 4. Laur. 2. 3. 5. 9. ad 14. *optumitas*. Laur. 1. 4. 8. Ambr. 2. (gl. *al. opimitas ab obtino. N. M. i. e. Nonius Marcellus*) Vat. 5. 9. 15. 18. Tacc. 2. *ophimatas*. Vat. 7. *optimatas* Vat. 12. 13. 19. Barb. Laur. 7. Ambr. 6. (altera manus reposuit *opimatas*) *opimatas*. Vat. 6.

Laudem, lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias;
Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium:
Nec quoiquam homini supplicare nunc certum 'st mihi:
Nam vel prodesse amico possum vel inimicum perdere.
Ita hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies.
Sine sacris hereditatem sum aptus effertissumam.
Nunc ad senem cursum capessam hunc Hegionem, quoi boni
Tantum affero, quantum ipse a Diis optat, atque etiam amplius.
Nunc res certa 'st, eodem pacto ut Comici servi solent,
Conjiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem ut audiat.
Speroque me ob hunc nuncium aeternum adepturum cibum.

VARIAE LECTIONES

5. *supplicare me c.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 7. *oneravit mihi.* Reg. 1. 2. Laur. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. 14. Vat. 2. 3. 4. 6. ad 15. 17. 18. 19. Barb. Tacc. 1. *oneravit me.* Laur. 1. 2. 3. —— 8. *adeptus* Reg. 1. 2. Vat. 2. 3. 5. 7. 9. ad 19. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 10. *offere* Reg. 1. 2. Vat. 2. 4. 5. 6. 7. 9. ad 15. 19. Laur. O. Barb. *effero.* Vat. 6. 7. *offerso.* Vat. 8.

SCENA SECVNDA

HEGIO, ERGASILVS

QVanto in pectore hanc rem meo magis voluto,
Tanto mihi aegritudo auctior est in animo.
Ad illum modum sublitum os esse
Hodie mihi? neque id perspicere quivi?
Quod quom scibitur per urbem, irridebor.
Quom extemplo ad forum advenero, omnes loquentur:
Hic ille est senex ductus, quoi verba data sunt.
Sed Ergasilus estne hic, procul quem video?
Collecto quidem est pallio: quidnam acturu'st.
ER. Move abs te moram, atque, Ergasile, age hanc rem.
Eminor interminorque, ne quis mi obstiterit obviam,
Nisi qui sat diu vixisse sese homo arbitrabitur.
Nam qui obstiterit, ore sistet. HE. hic homo pugilatum incipit.
ER. Facere certum 'st. proinde ut omnes i-

VARIAE LECTIONES

4. d. *hodie*. Reg. 1. 2. Vat. O. praeter 2. et 8. Laur. 4. ad 14. Barb. Tacc. 1. 2.

Itinera insistant sua,

Ne quis in hac platea negoti conferat quidquam sui.

Nam meus est balista pugnus, cubitus catapulta 'st mihi,

Humerus aries, tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo.

Dentilegos omnis mortalis faciam, quemque offendero.

HE. Quae illaec eminatio'st. nam nequeo mirari satis.

ER. Faciam ut hujus diei, locique, meique semper meminerit:

Qui mihi in cursu obstiterit, faxo vitae is extemplo obstiterit suae.

HE. Quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis minis?

ER. Prius edico, ne quis propter culpam capiatur suam.

Continete vos domi, prohibete a vobis vim meam.

HE. Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumsit confidentiam.

Vae misero illi, quojus cibo iste factu'st imperiosior!

VARIAE LECTIONES

16. d. *mihi*. Reg. 1. 2. Laur O. Vat. O. praeter 15. Barb. Tacc. 1. 2. —— 21. d. *extemplo*. Reg. 1. 2. Vat. O. Laur. 4. ad 14 Barb. Tacc. 1. 2. —— 26. *impesior*. Reg. 2. *impensior*. Vat. O. Solus 8. habet *imperiosior*, sed posteriori manu. Tacc. 1. 2.

ER. Tum piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfuri ſues,
Quarum odore praeterire nemo piſtrinum poteſt:
Eorum ſi quojuſquam ſcropham in publico conſpexero,
Ex ipſis dominis, meis pugnis exculcabo furfures.
HE. Baſilicas edictiones, atque imperioſas habet.
Satur homo eſt: habet profecto in ventre confidentiam.
ER. Tum piſcatores, qui praebent populo piſces foetidos,
Qui advehuntur, quadrupedanti crucianti cantherio:
Quorum odos ſubbaſilicanos omnis abigit in forum,
Eis ego ora verberabo ſurpiculis piſcariis:
Ut ſciant, alieno naſo quam exhibeant moleſtiam.
Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves,
Qui locant caedundos agnos, et duplam agninam danunt,

VARIAE LECTIONES

27. *furfure.* Reg. 1. 2. Vat. O. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 35. *ſub baſilica nos.* Laur. O. Vat. 2. ad 11. 13. 14. 15. 17. 18 19. Tacc. 1. 2. —— *adigit,* Reg. 1.

Qui petroni nomen indunt verveci sectario ;
Eum ego si in via petronem publica conspexero,
Et petronem et dominum reddam mortalis miserrumos.
HE. Eugepae! edictiones aedilitias hic habet quidem :
Mirumque adeo 'st, ni hunc fecere sibi Aetoli agoranomum.
ER. Non ego nunc parasitus sum, sed Regum Rex regalior :
Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.
Sed ego cesso hunc Hegionem onerare laetitia senem ?
Qui homine adaeque nemo vivit fortunatior.
HE. Quae illaec est laetitia, quam illic laetus largitur mihi ?
ER. Heus, ubi estis? ecquis hoc aperit ostium? HE. hic homo
Ad coenam recipit se ad me. ER. aperite hasce ambas fores,
Priusquam pultando vel assulatim foribus exi-

VARIAE LECTIONES

43. *euge*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— *quidem habet*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 46. *portu tibi* Reg. 1. *porticibus*. Reg. 2. Vat. 4. 6. 9. (antiqua tamen manu fuit *in portu cibus*) 10. 11. 13. 14. Laur. 5. 9. 11. 12. 14. *porticibus* 2. Vat. 8. *portu cibus*. Vat. 19. —— 52. *assultatim*. Reg. 2. Vat. 4. 5. 7. 8. 10. 11. 14. 19. Laur. 7. ad 14. Tacc. 2. *asultatim*. Vat. 2. 6. 9. 15. *assultatim*. Vat. 3. *assultatibus*. Vat. 13. *assultatim*. Vat. 17. *assultantim*. Vat. 18. *assultando* Laur. 6.

tium affero.
HE. Perlubet hunc hominem colloqui. Ergasile!
ER. Ergasilum qui vocat?
HE. Respice. ER. Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet,
Hoc me jubes. sed qui est? HE. respice ad me. Hegio sum. ER. oh mihi!
Quantum est hominum optumorum optume!
in tempore advenis.
HE. Nescio quem ad portum nactus es, ubi coenes; eo fastidis.
ER. Cedo manum. HE. manum? ER. manum, inquam, cedo tuam actutum. HE. tene.
ER. Gaude. HE. quid ego gaudeam? ER. quia ego impero. age, gaude modo.
HE. Pol moerores mi antevortunt gaudiis.
ER. noli irascier.
Iam ego ex corpore exigam omnis maculas moerorum tibi.
Gaude audacter. HE. gaudeo, etsi nihil scio, quod gaudeam.
ER. Bene facis. jube — HE. quid jubeam?
ER. ignem ingentem fieri.
HE. Ignem ingentem? ER. ita dico, magnus ut fit. HE. quid? me, volturie,

VARIAE LECTIONES.

55. *ego sum.* Reg. 1. Vat. 2. 3. 4 5. 6. 9. 10. 11. 12. 17. 18. Laur. 1. 2. 5. 9. —— 64. *quid me volt uri.* Reg. 1. 2. Vat. 2. 5 6. ad 10. 12. ad 16. 19. Barb. Tacc. 1. 2. *volet uri.* Vat. 3. 11. *a me volt uri.* Vat. 4. *qui me volt uri.* Vat. 17. *qui me vult urere.* Vat. 18.

At herum servavi, quem servatum gaudeo:
Quoi me custodem addiderat herus major meus.
Sed malene id arbitrare factum? HE. pessume.
TY. At ego ajo recte, qui abs te seorsum sentio:
Nam cogitato, si quis hoc gnato tuo
Tuus servos faxit, qualem haberes gratiam?
Emitteresne, necne, eum servom manu?
Essetne apud te is servos acceptissumus?
Responde. HE. opinor. TY. cur ergo iratus mihi es?
HE. Quia illi fuisti, quam mihi, fidelior.
TY. Quid? tu una nocte postulavisti et die
Recens captum hominem, nuperum, et novitium,
Te perdocere, ut melius consulerem tibi,
Quam illi, quicum una a puero aetatem exegeram?
HE. Ergo ab eo petito gratiam istam. ducite,
Vbi ponderosas crassas capiat compedes;
Inde ibis porro in latomias lapidarias.
Ibi quom alii octonos lapides effoderint,
Nisi quotidianus sesquiopus confeceris,
Sexcentoplago nomen indetur tibi.
AR. Per Deos atque homines ego te obtestor,

VARIAE LECTIONES

57. *ingratus*. Reg. 1. (gl. *al. iratus*) 2. Vat. 3. 6. 7. 11. 12. 13. 17. Laur. 4. 5. 6. 9. 10. 14. Ambr. 5. 6. Tacc. 1. —— 63. *istam gratiam*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 67. *quotidianos*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

Hegio,
Ne tu istunc hominem perduis. He. curabitur.
Nam noctu nervo vinctus custodibitur,
Interdius sub terra lapides eximet.
Diu ego hunc cruciabo, non uno absolvam die.
Ar. Certumne 'st tibi istuc? He. non moriri certiu 'st.
Abducite illum actutum ad Hyppolitum fabrum,
Iubete huic crassas compedes impingier:
Inde extra portam ad meum libertum Cordalum
In lapicidinas facite deductus fiet:
Atque hunc ita me velle, dicite, curarier,
Ne qui deterius huic sit, quam quoi pessume 'st.
Ty. Cur ego te invito me esse salvom postulem?
Periculum vitae meae stat tuo periculo.
Post mortem in morte nihil est, quod metuam, mali.
Etsi pervivo usque ad summam aetatem, tamen

b 2 VARIAE LECTIONES

73. *hunc ego.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. —— 74. *moriri certius.* Reg. 1. 2. Tacc. 2. —— 77. *Cordalium.* Reg. 1. 2. Laur. 4. 6. ad 14. Vat. praeter 8. Omnes. Barb. Tacc. 1. 2. —— 80. *quid deter.* Reg. 1. 2. Vat. O. dempto 8. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 81. *tuo stat.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

Breve ſpatium 'ſt perferundi, quae minitas mihi.
Vale atque ſalve: etſi, aliter ut dicam, meres.
Tu, Ariſtophontes, de me ut meruiſti, ita vale,
Nam mihi propter te hoc obtigit. HE. abducite.
TY. At unum hoc quaeſo, ſi huc rebitet Philocrates,
Vt mihi ejus facias conveniundi copiam.
HE. Periiſtis, niſi hunc jam e conſpectu abducitis.
TY. Vis haec quidem hercle 'ſt, et trahi et trudi ſimul.
HE. Illic eſt abductus recta in phylacam, ut dignus eſt.
Ego illis capteivis aliis documentum dabo,
Ne tale quisquam facinus incipere audeat.
Quod abſque hoc eſſet, qui mihi hoc fecit palam,
Vſque offrenatum ſuis me ductarent dolis.
Nunc certum 'ſt nulli poſt haec quidquam credere.
Satis ſum ſemel deceptus. ſperavi miſer
Ex ſervitute me exemiſſe filium.

VARIAE LECTIONES

97. *uſque efferre natum* Reg. 1. 2. Ambr. O. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. Vat. O. Solus tamen Vat. 8. habet *ofere natum*, et 18. *efferre gnatum*.——98. *poſthac*. Reg. 1.

Ea spes elapsa 'st. perdidi unum filium
Puerum quadrimum, quem mihi servos surpuit:
Neque enim servom unquam repperi, neque filium:
Major potitus hostium 'st. quod hoc est scelus!
Quasi in orbitatem liberos produxerim.
Sequere hac: reducam te ubi fuisti. neminis
Misereri certum 'st, quia mei miseret neminem.

AR. Exauspicavi ex vinclis. nunc intellego,
Redauspicandum esse in catenas denuo.

VARIAE LECTIONES

102. *surripuit.* Reg. 1.2. Tacc. 2.

ACTVS QVARTVS

SCENA PRIMA

ERGASILVS

IVppiter supreme, servas me measque auges opes.
Maxumas opimitates, opiparasque offers mihi.

VARIAE LECTIONES

2. *optimitates.* Reg. 1. Ambr. 5. Vat. 16. *opimates.* Reg. 2. Tacc. 1. Vat. 2. 3. 6. 10. 11. 14. 17. Ambr. 1. (gl. *al. opimitas*) 3. 4. Laur. 2. 3. 5. 9. ad 14. *optumitas.* Laur. 1. 4. 8. Ambr. 2. (gl. *al. opimitas ab obtino. N. M.* i. e. *Nonius Marcellus*) Vat. 5. 9. 15. 18. Tacc. 2. *ophimatas.* Vat. 7. *optimatas* Vat. 12. 13. 19. Barb. Laur. 7. Ambr. 6. (altera manus reposuit *opimatas*) *opimatas.* Vat. 6.

Laudem, lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias,
Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium:
Nec quoiquam homini supplicare nunc certum 'st mihi:
Nam vel prodesse amico possum, vel inimicum perdere.
Ita hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies.
Sine sacris hereditatem sum aptus effertissumam.
Nunc ad senem cursum capessam hunc Hegionem, quoi boni
Tantum affero, quantum ipse a Diis optat, atque etiam amplius.
Nunc res certa 'st, eodem pacto ut Comici servi solent,
Conjiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem ut audiat.
Speroque me ob hunc nuncium aeternum adepturum cibum.

VARIAE LECTIONES

5. *supplicare me c.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 7. *oneravit mihi.* Reg. 1. 2. Laur. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. 14. Vat. 2. 3. 4. 6. ad 15. 17. 18. 19. Barb. Tacc. 1. *oneravit me.* Laur. 1. 2. 3. —— 8. *adeptus* Reg 1. 2. Vat. 2. 3. 5. 7. 9. ad 19. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 10. *offero* Reg. 1. 2. Vat. 2. 4. 5. 6. 7. 9. ad 15. 19. Laur. O. Barb. *effero.* Vat. 6. 7. *offerso.* Vat. 8.

SCENA SECVNDA

HEGIO, ERGASILVS

QVanto in pectore hanc rem meo magis voluto,
Tanto mihi aegritudo auctior est in animo.
Ad illum modum sublitum os esse
Hodie mihi? neque id perspicere quivi?
Quod quom scibitur per urbem, irridebor.
Quom extemplo ad forum advenero, omnes loquentur:
Hic ille est senex ductus, quoi verba data sunt.
Sed Ergasilus estne hic, procul quem video?
Collecto quidem est pallio: quidnam acturu'st.
ER. Move abs te moram, atque, Ergasile, age hanc rem.
Eminor interminorque, ne quis mi obstiterit obviam,
Nisi qui sat diu vixisse sese homo arbitrabitur.
Nam qui obstiterit, ore sistet. HE. hic homo pugilatum incipit.
ER. Facere certum 'st, proinde ut omnes i-

VARIAE LECTIONES

4. d. *hodie*. Reg. 1. 2. Vat. O. praeter 2. et 8. Laur. 4. ad 14. Barb. Tacc. 1. 2.

itinera insistant sua,
Ne quis in hac platea negoti conferat quidquam sui.
Nam meus est balista pugnus, cubitus catapulta 'st mihi,
Humerus aries, tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo.
Dentilegos omnis mortalis faciam, quemque offendero.
He. Quae illaec eminatio 'st. nam nequeo mirari satis.
Er. Faciam ut hujus diei, locique, meique semper meminerit.
Qui mihi in cursu obstiterit, faxo vitae is extemplo obstiterit suae.
He. Quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis minis?
Er. Prius edico, ne quis propter culpam capiatur suam.
Continete vos domi, prohibete a vobis vim meam.
He. Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumsit confidentiam.
Vae misero illi, quojus cibo iste factu 'st imperiosior!

VARIAE LECTIONES

16. d. *mihi*. Reg. 1. 2. Laur O. Vat. O. praeter 15. Barb. Tacc. 1. 2. —— 21. d. *extemplo*. Reg. 1. 2. Vat. O. Laur. 4. ad 14 Barb. Tacc. 1. 2. —— 26. *impesior*. Reg. 2. *impensior*. Vat. O. Solus 8. habet *imperiosior*, sed posteriori manu. Tacc. 1. 2.

ER. Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfuri sues,
Quarum odore praeterire nemo pistrinum potest:
Eorum si quojusquam scropham in publico conspexero,
Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures.
HE. Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.
Satur homo est: habet profecto in ventre confidentiam.
ER. Tum piscatores, qui praebent populo pisces foetidos,
Qui advehuntur quadrupedanti crucianti cantherio:
Quorum odos subbasilicanos omnis abigit in forum,
Eis ego ora verberabo surpiculis piscariis:
Vt sciant, alieno naso quam exhibeant molestiam.
Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves,
Qui locant caedundos agnos, et duplam agninam danunt,

VARIAE LECTIONES

27. *furfure*. Reg. 1. 2. Vat. O. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. —— 35. *sub basilica nos*. Laur. O. Vat. 2. ad 11. 13. 14. 15. 17. 18 19. Tacc. 1. 2. —— *adigit*. Reg. 1.

Qui petroni nomen indunt verveci sectario;
Eum ego si in via petronem publica conspexero,
Et petronem et dominum reddam mortalis miserrumos.
HE. Eugepae! edictiones aedilitias hic habet quidem:
Mirumque adeo 'st, ni hunc fecere sibi Aetoli agoranomum.
ER. Non ego nunc parasitus sum, sed Regum Rex regalior:
Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.
Sed ego cesso hunc Hegionem onerare laetitia senem?
Qui homine adaeque nemo vivit fortunatior.
HE. Quae illaec est laetitia, quam illic laetus largitur mihi?
ER. Heus, ubi estis? ecquis hoc aperit ostium? HE. hic homo
Ad coenam recipit se ad me. ER. aperite hasce ambas fores,
Priusquam pultando vel assulatim foribus exi-

VARIAE LECTIONES

43. *euge*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— *quidem habet*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 46. *portu tibi* Reg. 1. *porticibus*. Reg. 2. Vat. 4. 6. 9. (antiqua tamen manu fuit *in portu cibus*) 10 11. 13. 14. Laur. 5. 9. 11. 12. 14. *porticibus* 2. Vat. 8. *poru cibus*. Vat. 19. —— 52. *assulatim*. Reg. 2. Vat. 4. 5. 7. 8. 10. 11. 14. 19. Laur. 7. ad 14. Tacc. 2. *asulatim*. Vat. 2 6. 9. 15. *assutatim*. Vat. 3. *assultatibus*. Vat. 13. *assultatin*. Vat. 17. *assultantim*. Vat. 18. *assultando* Laur. 6.

tium affero.
HE. Perlubet hunc hominem colloqui. Ergasile! ER. Ergasilum qui vocat?
HE. Respice. ER. Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet,
Hoc me jubes. sed qui est? HE. respice ad me. Hegio sum. ER. oh mihi
Quantum est hominum optumorum optume! in tempore advenis.
HE. Nescio quem ad portum nactus es, ubi coenes; eo fastidis.
ER. Cedo manum. HE. manum? ER. manum, inquam, cedo tuam actutum. HE. tene.
ER. Gaude. HE. quid ego gaudeam? ER. quia ego impero. age, gaude modo.
HE. Pol moerores mi antevortunt gaudiis. ER. noli irascier;
Iam ego ex corpore exigam omnis maculas moerorum tibi.
Gaude audacter. HE. gaudeo, etsi nihil scio, quod gaudeam.
ER. Bene facis. jube — HE. quid jubeam? ER. ignem ingentem fieri.
HE. Ignem ingentem? ER. ita dico, magnus ut fit. HE. quid? me, volturie,

VARIAE LECTIONES.

55. *ego sum*. Reg. 1. Vat. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 17. 18. Laur. 1. 4. 5. 9. —— 64. *quid me volt uri*. Reg. 1. 2. Vat. 2. 5. 6. ad 10. 12. ad 16. 19. Barb. Tacc. 1. 2. *volet uri*. Vat. 3. 11. *a me volt uri*. Vat. 4. *qui me volt uri*. Vat. 17. *qui me vult urere*. Vat. 18.

Tuan' caussa aedis incensurum censes? Er. noli irascier.
Iuben' an non jubes astitui aulas? patinas elui?
Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus?
Alium pisces praestinatum abire? He. hic vigilans somniat.
Er. Alium porcinam, atque agninam, et pullos gallinaceos?
He. Scis bene esse, si sit unde. Er. pernam atque ophthalmia,
Horaeum, scombrum, et trigonum, et cetum, et mollem caseum?
He. Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia
Hic apud me, Ergasile. Er. mean' me caussa hoc censes dicere?
He. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne frustra sis.
Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.
Er. Quin ita faciam, ut te cupias facere sumtum, etsi ego vetem.
He. Egone? Er. tu nae. He. tum tu mi igi-

VARIAE LECTIONES

66. *aules astitui.* Reg. 1. —— 70. *ophthalmiam*, Al. *obtalmiam* etc. Reg. 1. Vat. 2. 6. 7. 14. 16. 19. Laur. O. Barb. Ambr. O. Tacc. 2. —— 76. *quie ut.* Reg. 1. *te ut.* Reg. 2.

tur herus es. Er. imo benevolens.
Vin' te faciam fortunatum? He. malim, quam miserum quidem.
Er. Cedo manum. He. hem manum. Er. Di te omnes adjuvant. He. nihil sentio.
Er. Non enim es in senticeto, eo non sentis. sed jube
Vasa tibi pura apparari ad rem divinam cito,
Atque agnum afferri proprium, pinguem. He. cur? Er. ut sacrufices.
He. Quoi Deorum? Er. mihi hercle. nam ego tibi nunc sum summus Juppiter,
Idem ego sum Salus, Fortuna, Lux, Laetitia, Gaudium.
Proinde tu Deum huncce saturitate facias tranquillum tibi.
He. Esurire mihi videre. Er. mihi quidem esurio, non tibi.
He. Tuo arbitratu facile patior. Er. credo, consuetus puer.
He. Juppiter te Dique perdant. Er. te, hercle, mihi aequom 'st gratias
Agere ob nuncium: tantum ego nunc porto a portu tibi boni.
Nunc tu mihi places. He. abi stultus, sero

VARIAE LECTIONES

87. d. *credo*. Vat. 2. 3. 5. 7. 9. 10. 11. 16. 17. Laur. 5. ad 14. Tacc. 1. HE. *consuetus puer*. ER. al. PAR. *credo*. Barb. Vat. 6. (sed deletum) 12. 19. (inverso tamen personarum ordine) Laur. 4. Tacc. 2.

post tempus venis.
ER. Igitur olim si advenissem, magis tu tum
istuc diceres.
Nunc hanc laetitiam accipe a me, quam fero. nam filium
Tuum modo in portu Philopolemum vivom,
salvom, et sospitem
Vidi in publica celoce, ibidemque illum adolescentulum
Alium una, et tuum Stalagmum servom, qui
aufugit domo,
Qui tibi surripuit quadrimum puerum filiolum tuum.
HE. Abi in malam rem: ludis me. ER. ita
me amabit sancta Saturitas,
Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine,
Vt ego vidi. HE. meum gnatum? ER. tuum
gnatum, et Genium meum.
HE. Et capteivom illum Alidensem? ER. μα τον
Ἀπολλω. HE. et servolum
Meum Stalagmum, meum qui gnatum surripuit? ER. νη ταν Κοραν.
HE. Iam diu? ER. νη ταν Πραινεστην. HE. venit? ER. νη ταν Σιγνιαν.

VARIAE LECTIONES

91. *tunc tu istuc.* Reg. 1. —— 100. Hic ordinem personarum turbant Codices pene omnes, in quibus Graeca, ut plurimum, latinis litteris scribuntur.

HE. Certon'? ER. νη τὴν Φρουσινῶνα. HE. videsis. ER. νη τὸ Αλατεριον.
HE. Quid tu per barbaricas urbes juras? ER. quia enim item asperae
Sunt, ut tuum victum autumabas esse. HE. vae aetati tuae!
ER. Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico sedulo.
Sed Stalagmus quojus erat tunc nationis, quom hinc abiit?
HE. Quojus et nunc. ER. si quojus nunc est, Bojus est, Bojam terit.
Liberorum quaerundorum caussa ei, credo, uxor data 'st.
HE. Dic, bonan' fide tu mihi istaec verba dixisti? ER. bona.
HE. Di immortales! iterum gnatus videor, si vera autumas.
ER. An tu dubium habebis, etiam sancte quom

VARIAE LECTIONES

103. *ne tam Alatr.* Codd. O. —— 104 d. *per.* Reg. 2. Ambr. 2. 3. 5. 6. Laur. O. Barb. Tacc. 1. —— *ita asperae.* Reg. 1. —— 108. *quojus* (al. *cujus*) *est nunc.* Reg. 1. Vat. 19. Laur. 13. *cujus etiam nunc.* Vat. 2. Ambr. 4. 5. Laur. 10. *Sicuius* (. *ae.* (sic) *nunc si cujus non est bojus est b. t.* Vat. 8. *Si cuius nunc si cuius non est bolus est bolam terit.* Ambr. 1. (altera manus post primum *cujus* addidit *et*, atque punctulis notavit verba *sicujus non* et alterum *est*) —— *bolus bolam terit.* Ambr. 2. (gl. *al. volam terit idest palmam manus q. d. oportebat ipsum vivere suo sudore si voles vivere*). —— 112. *ain' tu? d. b.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— *cum ego jur. t.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

jurem tibi?
Postremo, Hegio, si parva jurijurando 'st fides,
Vise ad portum. HE. facere certum 'st. tu intus cura quod opu' 'st.
Sume, posce, prome quidvis. te facio cellarium.
ER. Nam, hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito.
HE. Aeternum tibi dapinabo victum, si vera autumas.
ER. Vnde id? HE. a me meoque gnato. ER. sponden' tu istud? HE. spondeo.
ER. At ego tuum tibi advenisse filium respondeo.
HE. Cura quam optume potes. ER. bene ambula, et redambula.

VARIAE LECTIONES

116. *tu (si manticinatus probe hero fuisti) petito.* Reg. 1. *n. mantisc. p. hero fuisti petito.* Ambr. 3. 5. Laur 4. 7. 8. 10 ad 14. Tacc. 1. 2. *mantiscinatus.* Ambr. 2. 6. Vat. 6. 7 12. 16. Ambr. 2. 6. Laur. 1. 2. 3. 5 6. 9. Barb. *mantisinatus.* Vat. 17. *mandiscinatus.* Vat. 18. *mancinatus.* Vat. 10. *Nam ercle nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito.* Sic a prima manu Ambr. 1. altera tamen reposuit *hero fuisti petito.* —— *petito.* Ambr. praeter 1. omnes. Laur. O. Reg. 1. 2. Barb. Vat. 3. 4. 5. 7. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19.

SCENA TERTIA

ERGASILVS.

ILlic hinc abiit: mihi rem summam credidit cibariam.

Di immortales, jam ut ego collos praetruncabo tergoribus!

Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!

Quanta sumini absumedo! quanta callo calamitas!

Quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis!

Nam si alia memorem, quae ad ventris victum conducunt, mora 'st.

Nunc ibo ad praefecturam, ut jus dicam larido;

Et quae pendent indemnatae pernae, eis auxilium ut feram.

k VARIAE LECTIONES

2. d. *jam.* Reg. 1. 2. Barb. Ambr. 3. 4. 6. Tacc. 1. 2. —— *detruncabo.* Vat. 6. 7. 19. Ambr. 6. *pertruncabo.* Vat. 2. ad 6. 9. ad 18. Ambr. 1. 2. 3. 4. 5. Tacc. 2. —— 7. *ut praefecturam et jus.* Reg. 1. 2. Vat. 2. 3. 5. ad 8. 10. ad 17. 19. Ambr. O. Laur. O. Barb. Tacc. 2. —— 8. d. *eis.* Reg. 1. 2. —— *pernis auxil. u. f.* Vat. 2. 3. 6. 7. 9. 11. 12. 13. 15. ad 19. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. *pernix.* Vat. 4. 5. 10. 14.

SCENA QVARTA

Pver Hegionis

Diespiter te Dique, Ergasile, perdant et ventrem tuum,
Parasitosque omnis, et qui posthac coenam parasitis dabit.
Clades, calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum.
Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum.
Nimisque, hercle, ego illum male formidabam: ita frendebat dentibus.
Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium.
Arripuit gladium, praetruncavit tribus tergoribus glandia.
Aulas, calicesque omnis confregit, nisi quae modiales erant.
Coquum percontabatur, possentne seriae fervescere.

VARIAE LECTIONES

5. Post hunc versum inserit Reg. 1. haec verba: *Vt coquos solertiores et majores fieri ad coquendum, Vt comederet, emittit altam vocem indignatione maxuma*, quae tamen posterior manus delevit. —— 7. *pertruncavit.* Vat. 3. 4. 6. 7. 12. 14. ad 19. Tacc. 2. *perturbavit.* Vat. 2. *percontavit.* Vat. 13. —— 9. *seri reservescere.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. Vat. O. Ambr. 2. (gl. *serus idest cibus laterensis delicatissimus*) 3. 4. 5. 6. Barb. Laur. 1. ad 7. 9. 11. 12. 14.

Cellas refregit omnis intus, reclusitque armarium.
Asservate istunc, sultis, servi. ego ibo, ut conveniam senem.
Dicam, ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese uti volet.
Nam hic quidem ut adornat, aut jam nihil est, aut jam nihil erit.

ACTVS QVINTI

SCENA PRIMA

HEGIO, PHILOPOLEMVS, PHILOCRATES

IOvi Diisque ago gratias merito magnas,
Quom te reducem tuo patri reddiderunt,
Quomque ex miseriis plurimis me exemerunt,
Quae adhuc, te carens dum hic fui, sustentabam:
Quomque hunc conspicio in potestate nostra,
Quomque haec reperta est fides firma nobis.
Satis jam dolui ex animo, et cura me satis,
Et lacrumis maceravi. PHILOP. oh! satis jam audivi

VARIAE LECTIONES

4. *quas adhuc.* Reg. 1. *qui.* Ambr. 3. 4. —— 8. *maceravi hoc.* Reg. 1. Vat. 2. ad 4. 6. ad 9. 11. 12. 15. ad 19. Barb. Laur. 2. 3. 4. 8. 9. 10. 14. Ambr. 5. Tacc. 1. 2. *macer. hic*, al. *heic.* Laur. 1. 6. 7. 10. 12. Vat. 10. 13. 14. Ambr. 3. *mac. h.* PH. *satis j. a.* Ambr. 1. 4. 6. (sed pro PH. est HE.) Vat. 5. *hoc maceravi.* Reg. 2.

Qui petroni nomen indunt verveci sectario ;
Eum ego si in via petronem publica conspexero,
Et petronem et dominum reddam mortalis miserrumos.
HE. Eugepae ! edictiones aedilitias hic habet quidem :
Mirumque adeo 'st, ni hunc fecere sibi Aetoli agoranomum .
ER. Non ego nunc parasitus sum , sed Regum Rex regalior :
Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.
Sed ego cesso hunc Hegionem onerare laetitia senem ?
Qui homine adaeque nemo vivit fortunatior.
HE. Quae illaec est laetitia , quam illic laetus largitur mihi ?
ER. Heus, ubi estis? ecquis hoc aperit ostium? HE. hic homo
Ad coenam recipit se ad me. ER. aperite hasce ambas fores,
Priusquam pultando vel assulatim foribus exi-

VARIAE LECTIONES

43. *euge.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— *quidem habet.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 46. *portu cibi* Reg. 1. *porticibus.* Reg. 2. Vat. 4. 6. 9. (antiqua tamen manu fuit *in portu cibus*) 10. 11. 13. 14. Laur. 5. 9. 11. 12. 14. *porticibus* 2. Vat. 8. *poru cibus.* Vat. 19. —— 52. *assultatim.* Reg. 2. Vat. 4. 5. 7. 8. 10. 11. 14. 19. Laur. 7. ad 14. Tacc. 1. *asulcatim.* Vat. 2. 6. 9. 15. *assutatim.* Vat. 3. *assultatibus.* Vat. 13. *assultatin.* Vat. 17. *assultantim.* Vat. 18. *assultando* Laur. 6.

tium affero.

He. Perlubet hunc hominem colloqui. Ergafile! Er. Ergafilum qui vocat?

He. Respice. Er. Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet,

Hoc me jubes. sed qui est? He. respice ad me. Hegio sum. Er. oh mihi!

Quantum est hominum optumorum optume!

in tempore advenis.

He. Nescio quem ad portum nactus es, ubi coenes; eo fastidis.

Er. Cedo manum. He. manum? Er. manum, inquam, cedo tuam actutum. He. tene.

Er. Gaude. He. quid ego gaudeam? Er. quia ego impero. age, gaude modo.

He. Pol moerores mi antevortunt gaudiis. Er. noli irascier:

Iam ego ex corpore exigam omnis maculas moerorum tibi.

Gaude audacter. He. gaudeo, etsi nihil scio, quod gaudeam.

Er. Bene facis. jube — He. quid jubeam? Er. ignem ingentem fieri.

He. Ignem ingentem? Er. ita dico, magnus ut sit. He. quid? me, volturie,

i 2

VARIAE LECTIONES.

55. *ego sum.* Reg. 1. Vat. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 17. 18. Laur. 1. 2. 5. 9. —— 64. *quid me volt uri.* Reg. 1. 2. Vat. 2. 5 6. ad 10. 12. ad 16. 19. Barb. Tacc. 1. 2. *volet uri.* Vat. 3. 11. *a me volt uri.* Vat. 4. *qui me volt uri.* Vat. 17. *qui me vult urere.* Vat. 18.

Tuan' caussa aedis incensurum censes? Er. noli irascier.
Iuben' an non jubes astitui aulas? patinas elui?
Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus?
Alium pisces praestinatum abire? He. hic vigilans somniat.
Er. Alium porcinam, atque agninam, et pullos gallinaceos?
He. Scis bene esse, si sit unde. Er. pernam atque ophthalmia,
Horaeum, scombrum, et trigonum, et cetum, et mollem caseum?
He. Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia
Hic apud me, Ergasile. Er. mean' me caussa hoc censes dicere?
He. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne frustra sis.
Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.
Er. Quin ita faciam, ut te cupias facere sumtum, etsi ego vetem.
He. Egone? Er. tu nae. He. tum tu mi igi-

VARIAE LECTIONES

66. *aulcs astitui.* Reg. 1. —— 70. *ophthalmiam*, al. *obtalmiam* etc. Reg. 1. Vat. 2. 6. 7. 14. 16. 19. Laur. O. Barb. Ambr. O. Tacc. 2. —— 76. *tu. e ut.* Reg. 1. *te ut.* Reg. 2.

tur herus es. Er. imo benevolens.
Vin' te faciam fortunatum? He. malim, quam miserum quidem.
Er. Cedo manum. He. hem manum. Er. Di te omnes adjuvant. He. nihil sentio.
Er. Non enim es in senticeto, eo non sentis. sed jube
Vasa tibi pura apparari ad rem divinam cito,
Atque agnum afferri proprium, pinguem. He. cur? Er. ut sacrufices.
He. Quoi Deorum? Er. mihi hercle. nam ego tibi nunc sum summus Juppiter,
Idem ego sum Salus, Fortuna, Lux, Laetitia, Gaudium.
Proinde tu Deum huncce saturitate facias tranquillum tibi.
He. Esurire mihi videre. Er. mihi quidem esurio, non tibi.
He. Tuo arbitratu facile patior. Er. credo, consuetus puer.
He. Juppiter te Dique perdant. Er. te, hercle, mihi aequom 'st gratias
Agere ob nuncium: tantum ego nunc porto a portu tibi boni.
Nunc tu mihi places. He. abi stultus, sero

VARIAE LECTIONES

87. d.*credo*.Vat.2. 3. 5.7. 9. 10.11.16.17.Laur. 5. ad 14. Tacc.1.HE. *consuetus puer*. ER. al. PAR. *credo*. Barb., Vat. 6 (sed deletum) 12. 19. (inverso tamen personarum ordine) Laur. 4.Tacc.2.

post tempus venis.
Er. Igitur olim si advenissem, magis tu tum istuc diceres.
Nunc hanc laetitiam accipe a me, quam fero. nam filium
Tuum modo in portu Philopolemum vivom, salvom, et sospitem
Vidi in publica celoce, ibidemque illum adolescentulum
Alium una, et tuum Stalagmum servom, qui aufugit domo,
Qui tibi surripuit quadrimum puerum filiolum tuum.
He. Abi in malam rem: ludis me. Er. ita me amabit sancta Saturitas,
Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine,
Vt ego vidi. He. meum gnatum? Er. tuum gnatum, et Genium meum.
He. Et capteivom illum A idensem? Er. μα τον Απολλω. He. et servolum
Meum Stalagmum, meum qui gnatum surripuit? Er. νη ταν Κοραν.
He. Iam diu? Er. νη ταν Πραινεστην. He. venit? Er. νη ταν Σιγνιαν.

VARIAE LECTIONES

91. *tum tu istuc.* Reg. 1. —— 100. Hic ordinem personarum turbant Codices pene omnes, in quibus Graeca, ut plurimum, latinis litteris scribuntur.

HE. Certon'? ER. νη τὴν Φρουσινωνα. HE. videsis. ER. νη το Αλατειον.

HE. Quid tu per barbaricas urbes juras? ER. quia enim item asperae

Sunt, ut tuum victum autumabas esse. HE. vae aetati tuae!

ER. Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico sedulo.

Sed Stalagmus quojus erat tunc nationis, quom hinc abiit?

HE. Quojus et nunc. ER. si quojus nunc est, Bojus est; Bojam terit.

Liberorum quaerundorum caussa ei, credo, uxor data 'st.

HE. Dic, bonan' fide tu mihi istaec verba dixisti? ER. bona.

HE. Di immortales! iterum gnatus videor, si vera autumas.

ER. An tu dubium habebis, etiam sancte quom

VARIAE LECTIONES

103. *ne tam Alatr.* Codd. O. —— 104 d. *per.* Reg. 2. Ambr. 2. 3. 5. 6. Laur. O. Barb. Tacc. 1. —— *ita asperae.* Reg 1. —— 108. *quojus* (al. *cujus*) *est nunc.* Reg. 1. Vat. 19. Laur. 13. *cujus etiam nunc.* Vat. 2. Ambr. 4. 5. Laur. 10. *Sicuius* (. *e.* (sic) *nunc si cuius non est bojus est b. t.* Vat. 8. *Si cuius nunc si cuius non est bolus est bolam terit.* Ambr. 1. (altera manus post primum *cujus* addidit *et*, atque punctulis notavit verba *sicujus non* et alterum *est*) —— *bolus bolam terit.* Ambr. 2. (gl. *al. volam terit idest palmam manus q. d. oportebat ipsum vivere suo sudore si volet vivere*). —— 112. *ain' tu? d. b.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— *cum ego jur. t.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

jurem tibi?
Poſtremo, Hegio, ſi parva jurijurando 'ſt fides,
Viſe ad portum. HE. facere certum 'ſt. tu intus cura quod opu 'ſt.
Sume, poſce, prome quidvis. te facio cellarium.
ER. Nam, hercle, niſi mantiſcinatus probe ero, fuſti pectito.
HE. Aeternum tibi dapinabo victum, ſi vera autumas.
ER. Vnde id? HE. a me meoque gnato. ER. ſponden' tu iſtud? HE. ſpondeo.
ER. At ego tuum tibi advenisse filium reſpondeo.
HE. Cura quam optume potes. ER. bene ambula, et redambula.

VARIAE LECTIONES

116. *tu (ſi manticinatus probe hero fuiſti) petito.* Reg. 1. *n. mantiſc. p. hero fuiſti petito.* Ambr. 3. 5. Laur 4. 7. 8. 10. ad 14. Tacc. 1. 2. *mantiſcinatus.* Ambr. 2. 6. Vat. 6. 7 12. 16. Ambr. 2. 6. Laur. 1. 2. 3. 5 6. 9. Barb. *mantiſiuatus.* Vat. 17. *mandiſcinatus.* Vat. 18. *mantinatus.* Vat. 10. *Nam ercle niſi mantiſcinatus probe ero, fuſti pectito.* Sic a prima manu Ambr. 1. altera tamen reposuit *hero fuiſti petito.* —— *petito.* Ambr. praeter 1. omnes. Laur. O. Reg. 1. 2. Barb. Vat. 3. 4. 5. 7. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19.

SCENA TERTIA

Ergasilus

ILlic hinc abiit: mihi rem summam credidit cibariam.
Dj immortales, jam ut ego collos praetruncabo tergoribus!
Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!
Quanta sumini absumedo! quanta callo calamitas!
Quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis!
Nam si alia memorem, quae ad ventris victum conducunt, mora 'st.
Nunc ibo ad praefecturam, ut jus dicam larido;
Et quae pendent indemnatae pernae, eis auxilium ut feram.

VARIAE LECTIONES

2. d. *jam.* Reg. 1. 2. Barb. Ambr. 3. 4. 6. Tacc. 1. 2. —— *detruncabo.* Vat. 6. 7. 19. Ambr. 6. *pertruncabo.* Vat. 2. ad 6. 9. ad 18. Ambr. 1. 2. 3. 4. 5. Tacc. 2. —— 7. *ut praefecturam et jus.* Reg. 1. 2. Vat. 2. 3. 5. ad 8. 10. ad 17. 19. Ambr. O. Laur. O. Barb. Tacc. 2. —— 8. d. *eis.* Reg. 1. 2. —— *pernis auxil. u. f.* Vat. 2. 3. 6. 7. 9. 11. 12. 13. 15. ad 19. Laur. O. Barb. Tacc. 1. 2. *pernix.* Vat. 4. 5. 10. 14.

SCENA QVARTA

PVER HEGIONIS

Diespiter te Dique, Ergasile, perdant et ventrem tuum,
Parasitosque omnis, et qui posthac coenam parasitis dabit.
Clades, calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum.
Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum.
Nimisque, hercle, ego illum male formidabam: ita frendebat dentibus.
Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium.
Arripuit gladium, praetruncavit tribus tergoribus glandia.
Aulas, calicesque omnis confregit, nisi quae modiales erant.
Coquum percontabatur, possentne seriae fervescere.

VARIAE LECTIONES

5. Post hunc versum inserit Reg. 1. haec verba: *Vt coquos solertiores et majores fieri ad coquendum, Vt comederet, emittit altam vocem indignatione maxuma*, quae tamen posterior manus delevit. —— 7. *pertruncavit.* Vat. 3. 4. 6. 7. 12. 14. ad 19. Tacc. 2. *perturbavit.* Vat. 2. *percontavit.* Vat. 13. —— 9. *seri referveſcere.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. Vat. O. Ambr. 2. (gl. *serus idest cibus laterensis delicatissimus*) 3. 4. 5. 6. Barb. Laur. 1. ad 7. 9. 11. 12. 14.

Cellas refregit omnis intus, reclusitque armarium.
Asservate istunc, sultis, servi. ego ibo, ut conveniam senem.
Dicam, ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese uti volet.
Nam hic quidem ut adornat, aut jam nihil est, aut jam nihil erit.

ACTUS QUINTI

SCENA PRIMA

HEGIO, PHILOPOLEMUS, PHILOCRATES

IOvi Diisque ago gratias merito magnas,
Quom te reducem tuo patri reddiderunt,
Quomque ex miseriis plurimis me exemerunt,
Quae adhuc, te carens dum hic fui, sustentabam:
Quomque hunc conspicio in potestate nostra,
Quomque haec reperta est fides firma nobis.
Satis jam dolui ex animo, et cura me satis,
Et lacrumis maceravi. PHILOP. oh! satis jam audivi

VARIAE LECTIONES

4. *quas adhuc.* Reg. 1. *qui.* Ambr. 3. 4. —— 8. *maceravi hoc.* Reg. 1. Vat. 2. ad 4. 6. ad 9. 11. 12. 15. ad 19. Barb. Laur. 2. 3. 4. 8. 9. 10. 14. Ambr. 5. Tacc. 1. 2. *macer. hic*, al. *heic.* Laur. 1. 6. 7. 10. 12. Vat. 10. 13. 14. Ambr. 3. *mac. h.* PH. *satis j. a.* Ambr. 1. 4. 6. (sed pro PH. est HE.) Vat. 5. *hoc maceravi.* Reg. 2.

Tuas aerumnas, ad portum mihi quas memorasti.
Hoc agamus. PHILOC. quid nunc, quoniam tecum servavi fidem,
Tibique hunc reducem in libertatem feci? HE. fecisti, ut tibi,
Philocrates, nunquam referre gratias possim satis,
Proinde ut tu promeritu's de me et filio meo. PHILOP. imo potes,
Pater, et poteris, et ego potero; et Di eam potestatem dabunt,
Vt beneficium benemerenti nostro merito muneres.
Sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxume.
HE. Quid opu 'st verbis? lingua nulla 'st, qua negem quidquid roges.
PHILOC. Postulo abs te, ut mihi illum reddas servom, quem hic reliqueram
Pignus pro me, qui mihi melior, quam sibi semper fuit:
Pro benefactis ejus uti ei pretium possim reddere.

VARIAE LECTIONES

9. d. *mihi* Reg. 1. 2. Ambr. 3. 4. 5. 6. Barb. Tacc. 1. 2. —— 17. *quid opus* v. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 20. d. *ei*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

HE. Quod benefecisti, referetur gratia, id quod postulas:
Et id, et aliud, quod me orabis, impetrabis. atque te
Nolim succensere, quod ego iratus ei feci male.
PHILOC. Quid fecisti? HE. in lapicidinas compeditum condidi,
Vbi rescivi mihi data esse verba. PHILOC. vae misero mihi!
Propter meum caput labores homini evenisse optumo.
HE. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.
Gratis a me, ut sit liber, abducito. PHILOC. edepol, Hegio,
Facis benigne. sed quaeso, hominem ut jubeas arcessi. HE. licet.
Vbi estis vos? ite actutum, Tyndarum huc arcessite.
Vos ite intro. interibi ego ex hac statua verberea volo

VARIAE LECTIONES

22. *et tu*. Reg. 1. Vat. 16. *et te*. Reg. 2 Laur. 4. ad 14. Barb. Vat. fere omnes. Tacc. 1. 2. —— 23. *noli succ.* Vat. 2. 4. 5. 9. 10. 13. ad 18. Laur. 5. 6. 7. 8. 11. 12. 14. Tacc. 5. —— 31. *vervecia*. Reg. 1. 2 Ambr 4. Vat. 19. *vervecea*. Vat. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 15. 16 17. 18 19. Laur. 8. 11. 14. Ambr. 1. 2. 3. 5. 6. Tacc. 1. 2. *verbecea* Barb. *vervetia*. Vat. 2. 13. *ververe avolo*. Vat. 8. *ververea*. Laur. 1. 2. 3. 4. 7. *verveca*. Laur. 6. 10. 12. *verum ecca*. Laur. 5. 9.

Erogitare, meo minore quid sit factum filio.
Vos lavate interibi. PHILOP. sequere hac, Philocrates, me intro. PHILOC. sequor.

SCENA SECVNDA

HEGIO, STALAGMVS

AGe tu illuc procede, bone vir, lepidum mancupium meum.
ST. Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas?
Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi bonae,
Neque ero unquam: ne tu spem ponas me bonae frugi fore.
HE. Propemodum ubi loci fortunae tuae sint, facile intellegis.
Si eris verax, tua ex re facias, ex mala meliusculam.
Recta et vera loquere: sed neque vere, neque recte adhuc
Fecisti unquam. ST. quod ego fatear, credin' pudeat, quom autumes?
HE. At ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te totum dabo.
ST. Eja! credo, imperito plagas minitaris mihi.
Tandem ista aufer, dicque quid fers, ut feras hinc quod petis.

HE. Satis facundu 's. sed jam fieri dictis compendium volo.

ST. Vt vis fiat. HE. bene morigerus fuit puer: nunc non decet.

Hoc agamus. jam animum advorte, ac mihi, quae dicam, edissere.

Si eris verax, tuis rebus feceris meliusculas.

ST. Nugae istaec sunt. non me censes scire quid dignus siem?

HE. At ea subterfugere pot's es pauca, si non omnia.

ST. Pauca effugiam scio: nam multa evenient et merito meo;

Quia et fugi, et tibi surripui filium, et eum vendidi.

HE. Quoi homini? ST. Theodoromedi in Alide Polyplusio

Sex minis. HE. pro Di immortales! is quidem hujus est pater

Philocratis. ST. quin melius novi, quam te, et vidi saepius.

HE. Serva, Iuppiter supreme, et me, et meum gnatum mihi.

VARIAE LECTIONES

12. *satis facundus, sed f. d.* Reg. 1. 2. Laur. O. Vat. 2. ad 9. 11. ad 15. 17. 18. 19. Laur. O. Barb. *facundus es.* Vat. 16. *jocundus.* Vat. 10. —— 16. *num me c. f.* Reg. 1. 2. Tacc. 2. —— 18. *p. efficiam.* Reg. 1. 2. Vat. 5. 7. 9. ad 19. Barb. Tacc. 1. —— 20. *Theodoro medico.* Reg. 1. 2. Ambr. O. Vat. fere omnes. Barb. Tacc. 1. 2.

Philocrates, per tuum te Genium obsecro, exi: te volo.

VARIAE LECTIONES

24. *per tuum Genium obs.* Reg. 1. 2. Ambr. 2. 5. Vat. 7. 11. ad 19. Laur. 1. 4. ad 10. 12. 14. Barb. Tacc. 1. 2. *per tuum genium oro.* Vat. 3. *per tuum ingenium obs.* Vat. 4. 5. (alt. man. correxit *genium*) 9. 10. Laur. 2. 3. 11. Ambr. 1. 3. 4. 6.

SCENA TERTIA

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMUS

HEgio, assum: si quid me vis, impera. HE. hic gnatum meum
Tuo patri ait se vendidisse sex minis in Alide.
PH. Quamdiu id factum 'st? ST. hic annus incipit vicesimus.
PH. Falsa memorat. ST. aut ego, aut tu. nam tibi quadrimulum
Tuus pater peculiarem parvolum puero dedit.
PH. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memora dum mihi.
ST. Paegnium vocitatu'st: post vos indidistis Tyndaro.

VARIAE LECTIONES

5. *parvulo puero.* Reg. 1. — 6. *si v. memoras, memorandum mibi.* Reg. 1. Sic et Tacc. 1. a prima manu.

PH. Cur ego te non novi? ST. quia mos est oblivisci hominibus,
Neque novisse, quojus nihili sit faciunda gratia.
PH. Dic mihi: isne istic fuit, quem vendidisti meo patri,
Qui mihi peculiaris datu 'st, hujus filius?
HE. Vivitne is homo? ST. argentum accepi, nihil curavi ceterum.
HE. Quid tu ais? PH. quin istic ipsu'st Tyndarus tuus filius;
Vt quidem hic argumenta loquitur. nam is mecum a puero puer
Bene pudiceque educatu 'st usque ad adulescentiam.
HE. Et miser sum, et fortunatus, si vos vera dicitis.
Eo miser sum, quia male illi feci, si gnatus meu 'st.
Eheu! cur ego plus minusque feci, quam aequom fuit!
Quod male feci, crucior modo, si infectum fieri possiet.

VARIAE LECTIONES

16. *si vera dictitetis*. Reg. 1. Vat. 2. 4. 5.-7. 9. 10. 13. ad 16. 18. 19. Laur. 4. Tacc. 2. *dictetis*. Reg. 2. Laur. 6. 7. 8. 9. 11.-12. 14. *dictis*. Vat. 8. *dictitas*. Vat. 12. *dictites*. Vat. 17. *dictitatis*. Laur. 1. *dictes*. Laur. 2. 3. *dicetis*. Laur. 5.

Sed eccum, incedit huc ornatus haud ex fuis virtutibus.

VARIAE LECTIONES

20. *audax fuis viribus*. Reg. 2. Laur. O. Vat. 2. 3. 4. 5. 7. 9. 10. ad 15. 17. 19. Barb. Ambr. 2. (gl. *al. virtutibus*) 3. 4. 5. 6. Tacc. 2. *audax viribus fuis*. Reg. 1. Vat. 16. Tacc. 1. *audax fuis virtutibus*. Vat. 8. 18.

SCENA QVARTA

TYNDARVS, HEGIO, PHILOCRATES, STALAGMVS

VIdi ego multa faepe picta, quae Acherunti fierent
Cruciamenta: verum enimvero nulla adaeque 'ſt Acheruns,
Atque ubi ego fui in lapicidinis. illic ibi demum eſt locus,
Vbi labore laſſitudo omni 'ſt exigunda ex corpore.
Nam ubi illo adveni, quaſi patriciis pueris aut monedulae,
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum luſitent:

VARIAE LECTIONES

1. *Acheronti*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 2. *Acherons* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2. —— 4. *laſſitu eſt omnis*. Reg. 1. 2.

Itidem haec mihi advenienti upupa, qui me delectem, data 'st.
Sed herus eccum ante ostium, et herus alter eccum ex Alide
Rediit. HE. salve exoptate gnate mi! TY. hem! quid, gnate mi?
Atat, scio cur te patrem assimules esse, et me filium:
Quia mihi, item ut parentes, lucis das tuendae copiam.
PH. Salve Tyndare. TY. et tu, quojus caussa hanc aerumnam exigo.
PH. At nunc liber in divitias faxo venies: nam tibi
Pater hic est; hic servos, qui te huic hinc quadrimum surpuit,
Vendidit patri meo te sex minis. is te mihi
Parvolum peculiarem parvolo puero dedit.
Illic indicium fecit. nam hunc ex Alide huc reducimus.
TY. Quid, hujus filium? PH. intus eccum fratrem germanum tuum.
TY. Quid tu ais? adduxtin' illum hujus ca-

I 2

VARIAE LECTIONES

7. *mihi huc.* Reg. 1. Laur. 1. 2. 3. 7. 11. 12. Vat. 2. 3. 16. Ambr. 3. Tacc. 1. *hoc.* Ambr. 5. (gl. *vel huc*) Vat. 18. Laur. 8. —— *qui me delecter.* Reg. 1. (gl. *al. qua*) *qua me delectem.* Vat. 3. 11. 17. *quae me delectet.* Laur. O. Ambr. O. Vat. 5. 7. 12. 19. Reg. 2. Barb. Tacc. 1. 2. *quae delectat.* Vat. 4. *quae mihi delectet.* Vat. 10. 13. 14. —— 11. *qui mihi* Reg. 2. Tacc. 1. 2. —— 14. *surripuit.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. —— 19. *filium captivum.* Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

ptcivom filium?
PH. Quin, inquam, intus hic eſt. TY. feciſti edepol et recte et bene.
PH. Nunc tibi pater hic eſt: hic fur eſt tuus, qui parvom hinc te abſtulit.
TY. At ego hunc grandis grandem natu, ob furtum, ad carnuficem dabo.
PH. Meritu 'ſt. TY. ergo edepol meritam mercedem dabo.
Sed dic oro: pater meus tune es? HE. ego ſum, gnate mi.
TY. Nunc demum in memoriam redeo, quom mecum cogito,
Nunc edepol demum in memoriam regredior, audiſſe me
Quaſi per nebulam Hegionem patrem meum vocarier.
HE. Ego ſum. PH. compedibus, quaeſo, ut tibi ſit levior filius,
Atque hic gravior ſervos. HE. certum 'ſt principium id praevortier.
Eamus intro, ut arceſſatur faber: ut iſtas compedes
Tibi adimam, huic dem. ST. quoi peculi nihil eſt, recte feceris.

VARIAE LECTIONES

22. *ego nunc*. Tacc. 1.2. —— 27. *meum patrem*. Reg. 1.2. Tacc. 1.2.

CATERVA

Spectatores, ad pudicos mores facta haec fabula 'st.
Neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio,
Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio:
Neque ubi amans adulescens scortum liberet clam patrem suum.
Hujusmodi paucas Poetae reperiunt Comoedias,
Vbi boni meliores fiant: nunc vos, si vobis placet,
Et si placuimus, neque odio fuimus, signum hoc mittite:
Qui pudicitiae esse voltis praemium, plausum date.

VARIAE LECTIONES

GREX. Reg. 1. CATERVA, *al.* GREX. Laur. 14. CATERVA HISTRIONVM. Laur. 1. CATONIA. Ambr. 4. HISTRIO. Ambr. 6. —— 2. *subitae cogitationes*. Reg. 1. 2. Ambr. 2. 3. 4. 5. 6. Laur. O. Vat. O. Barb. Tacc. 1. 2. *subi cogitationes*. Ambr. 1. (alt. manus reposuit *subitae*) —— 4. *suum patrem*. Reg. 1. 2. Tacc. 1. 2.

CAPTEIVORVM FINIS

IN M. ACCII PLAVTI

CAPTEIVOS

COMMENTARIVS

ARGVMENTVM

3. *In ibus*) Servavi scripturam Cod. Camerariani , quam firmat et Ambr. 2. Quod enim ceteri habent *inibi* ex ea corruptum videtur , sic tamen , ut non omnino sit aspernandum. Nam et *ibi* pro *in quibus* poni jam docuit Cort. ad Salluſt. Cat. Cap. V. et pro *mox* , uti *το inibi* explicat hoc loco glossa Cod. Reg. 1. vulgatus est hujus verbi apud bonos scriptores usus.

PROLOGVS

1. *Hos quos*) Ludit hic *παρα προσδοκιαν* , ut alibi frequentissime. Vide Muret. Var. Lect. 4.5. et Voss. Inſtit. poët. 2. 24. et compara Curcul. IV. 4.1. Stich. I.2.63. etc. In quo ipso Graecos, Epicharmum praecipue sequutum fuisse, qui jam antea dixerat: *Τοκα μεν εν τηνοις εγω ην, τοκα δε παρα τηνοις* docebit quoque Daniel Heinsius in sua ad Horatii de Plauto judicium dissertatione , Terentii editionibus addi solita.

Hos quos videtis &c.) Verba sunt haec manifesto *δεικτικα* , ex quibus patet , dum histrio *προλογιζει* , duos illos Captivos Tyndarum nempe cum hero suo Philocrate in scena adesse , sed tamen quasi *κωφα προσωπα* , quos ideo et in scena sequenti , et in secunda adſtitisse crediderim usque ad verba illa Hegionis : *cura quae jussi atque abi*. Singularem vero hunc loquendi modum illuſtrabunt Perizon. ad Sanct. Miner. 2. 9. Voss. Ariſtarch. 7.55 , ceteri.

5. *Suo ſibi patri*) Sic et Cicero de Amicit. Cap. 3. *ſuo ſibi tempore*, et saepe quoque praeter Terentium Plautinae latinitatis ſtudiosissimus Apulejus. Apud Graecos quoque *ἱ , οἱ , σφοιν* et similia saepe abundare observatum inter ceteros Gessnero ad Orphei Argonaut. v. 167.

10.

10. *Tenetis*) Paria habet Poenul. prol. v. 116. , ubi et in hac voce ludit III. 1. 62. Vide ibi quae habet Vir summus Gronovius, et confer Nonium 4. 462.

11. *Negat hercle etc. — reliquom*) De his plura diximus infra in Excursu primo.

15. *Ope vestra*) His verbis iisdem alio tamen sensu utitur et Terent. Phorm. V. 6 2. *Ope* tamen hoc loco est quod alii dixissent *opibus*, quamquam id negaverit vetus Grammaticus a Gothophredo editus in Corp. Auct. L. L. p. m. 1368. *Opes numero tantum plurali divitias significat, — numero tantum singulari auxilium*. Videtur tamen et Varro *opem* pro divitiis usurpasse, quum ait de L. L. lib. 4. *Opulentus ab ope, cui eae opimae*; (l. *ea opima* cum Ant. Augustino) *ab eadem inops, qui ejus indiget*.

16. *Reliquom*) Iocum esse in hac voce bene hic Interpretes docuerunt, qua quum principio argumenti reliquum intellexisset, tum quasi de nomine expungendo loqueretur, subdit *alieno uti nihil moror*. Affinem lusum suscitarunt jam ex Cistell. prologo. v. 40. Commentatores, ubi et paucis ante versibus, quasi de solvenda pecunia res esset, inquit:

Vt argumentum hoc vobis plane perputem.

Et plane uti noster loquutus est Auctor ad Herenn. 2. 31. *tu scientior eris praeceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum persolvendum*. *Reliquum* enim est *quod debitum reliquit*; vide Varron. de L. L. lib. 4.; quo sensu noster Cistell. II. 1. 30.

Quod dedi datum non vellem, quod reliquum est, non dabo.

Adde quoque Asin. II. 4. 36. et Terentium Phorm. I. 1. 3.

... erat ei de ratiuncula

Jampridem apud me reliquum pauxillulum.

ubi vide Vestherhovium, atque ea quae ad hunc locum habet Gronovius.

18. *Dominum*) *Herilem* quippe *filium*, ut alibi saepe. *Herum* vocavit Pseud. V. 1. 36. opposuitque *hero majori*. Vide Terent. Phorm. V. 1. 27. etc. Graeci vocant δεσποσυνον, uti docuit Casaub. ad Athen. 4. 2. quam vocem Pollucei 3. 8. restituendam, censent Interpretes. Vide ibi Jungermannum.

20. *Peculiarem*) Sic appellavere et Jurisconsulti; Scaevola in l. 21. D. de pecul. legato etc., quos alibi *de castrensi peculio servos* dixere. Vide Vlpianum in l. 3. §. 8. D. de bonis libertorum. *Peculiaris* quoque *verna* est apud Fabrettum 4. 246. qui et multa habet de servis peculiaribus, iis tamen, qui in aliorum servorum erant peculio, ut Sophoclidisca illa Plautina Pers. II. 2. 9.

Vni

Una aetas) Noster Merc. III. 1. 22. *neminem metuc, una aetate quae sit*.

22. *Pilas*) Male haec explicant ex Festo in *pila*: ex ejus enim verbis patet ad servorum capita pilas illas Laribus sacras pertinuisse, quod hic est secus; quare dictum puto pro: *versant uti libet, ima summis mutant*, plane eodem pacto, ac Pyladas in Anthologia lib. 1. Cap. περι τυχης.

> Παιγνιον εστι Τυχης μεροπων βιος, οικτρος αλητης,
> Πλουτου και πενιης μεσσοθι ἱεμβομενος.
> Και τους μεν κατάγουσα, παλιν σφαιρηδον αειρει:
> Τους δε απο των νεφελων εις αἱδην καταγει.

Quae sic vertebat Grotius:

> *Vita quid est hominum? fortunae ludicrus orbis,*
> *Inter divitias, pauperiemque vagans.*
> *Quos dejecit humi fert in sublime rotatos,*
> *Ad Styga fert qui jam nubila summa tenent.*

Vide hanc versionem, aliasque Viri Immortalis jam publicae lucis usura donatas a Cl.V. Hieronymo de Bosch *Ultrajëti* *A.* 1795. post longam eruditorum expectationem. Atque in eamdem sententiam saepe veteres loquuntur. Menander apud Stobaeum tit. 44.

> τ' ανω κατω
> Ἡμων ὁ βιος λκαι μεταστρεφεις ὁλος.

Tum Euripides Hecuba v....

> Φυρουσι δ'αυθ' οἱ θεοι παλιν τε και προσω,
> Ταραγμον εντιθεντες.

Quod idem sibi voluit Pittacus, quum κλιμακα in templo dedicavit. V. Aelian. V. H. 2. 29. Neque inopportune margini edit. Brixianae A. 1506. in Biblioth. hac Regia asservatae adleverat Seripandus: *Alexis poeta Comicus ita scribit*: Επιχαριδης ὁ μικρος εν πεντημερῳ σφαιρον εποιησεν την πρωην ουσιαν, ὁυτω συνεστρογγυλεν ευπαλως και ταχυ. *Epicharides parvulus intra dies quinos de patrimonio pilam fecit, ita faciliter, et cito vorsavit*.

28. *Cum quo mutet*) Male haec, membranis invitis, mutare voluerunt, quum optima sit vulgata, uti jam probatum dedit Gronovius, et sic saepe loquutus sit Cicero, ut in Orat. pro Sextio: *ut cum patriae caritate constantiae gloriam commutaret*. Noster quoque sic et infra loquitur I. 1. 33. *Suum quicum mutet filium*. Hoc autem eo magis monendum fuerat, quo huic

in lo-

loco vim illatam a novissimo Plauti Editore Bipontino (Cel. Brunckio) intellexi.

34. *Ambos*) Optimus e regiis Codicibus habet hic *ambo*, quod in textum recepi loco vulgati *ambos*. Sic enim loqui tum amabant, et servarunt apud nostr. Cist. II. 1. 49 etc.

35. *Hisce*) Sic recepi ex omnium Codicum priorumque editionum consensu pro eo, quod primus Pylades dedit, *hice*. Hac vero forma usos veteres cum jam docuerat Priscianus p. 948. Putsch. a Pareo jam in testimonium advocatus, tum plures e veteribus lapidibus. Sic enim in Campana επιγραφη, quam saepe antea editam nuper in lucem revocavit Vir Doct. Franciscus Daniel Regius Hist. riographus Regiaeque Academiae Herculanensi a Secretis in sua Numism. Camp. p. 78.

HEISCE. MAGISTREIS. VENERVS (sic)
IOVIAE. MVRVM. AEDIFICANDVM
COIRAVERVNT etc.

ubi *heisce magistreis* manifesto est pro *hi magistri*. Similis forma et in altero lapide, quem a Fabretto aliisque jam editum correctiorem ex penu illa sua hujusmodi monumentorum ad miraculum instructissima repetit idem Vir praestantissimus ibid. pag. 87.

HEISCE. MAG. MVRVM etc.
EMVNDV . . . IENDVM
COERAVER

Vide Cl. Editoris notam (*a*) pag. 79. Et sane alicubi apud nostrum haec scriptura servatur. Vide Rud. II. 1. 5. Mil. II. 6. 6. et restituenda omnino videtur Terent. Eun. II. 2. 38., atque Livio 9. 10. ex Codd. auctoritate, quamquam nimis id cascum videatur Drakenborchio, quam ut eo Livius sit usus.

36. *Amittat*) Singulari significatione hoc verbo utuntur comici pro *dimittere* saepissime. Vide Calpurn. ad Heaut. III. 1. 71. et IV. 8. 18 praeter exempla quae jam occupavit Pareus in Lexico, quibus plura addi possunt e Terentio. Conf. Phorm. I. 2. 91, III. 2. 22, IV. 5. 2, Heaut. III. 1. 71, IV. 7. 17. etc. Et sic pro eo quod nunc in Livio habemus *emissos* Codd. Palatini praeferunt *amissos*, uti notavit Gebhardus, quamquam minus id arrideat Drakenborchio. Vide ad 7. 36. etc. Confer quoque Burmanni ad Phaedr. curas secundas 1. 13. 10., cujus tamen dictata non usquequaque esse vera facile posset ostendi.

45. *Plus insciens* &c.) Eamdem sententiam habet Terentianus Parmeno Hecyr. V. 4. 40. seq. *equi-*

aequidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam.
ubi Donatus: *Quia non convenit servo scienti recte facere, ideo addit imprudenti sibi evenisse, ut bene faceret, quod prudens nunquam fecisset.*

51. *Homunculi—rem cogito*) Repetit priora Rud.I.2.66. *Homunculi quanti estis!* Porro quod pro *recogito*, ut habuit Gronovius, dedi hic *rem cogito*, plures Codices atque meliores sum sequutus; et videtur sane ex harum vocum compendio natum subfrigidum illud *recogito*.

52. *Haec res*) Sic Gronovius verba haec explicat: *Nos hoc repraesentabimus ornatu, voce, vultu, gestuque, quasi rem veram, quasi essemus illi, quibus hoc evenit, vobis id erit spectaculum, et ludus*. Sed profecto (quamquam non ignorem τὸ *haec res* pro *haec fabula*, *hoc argumentum* accipi posse, quo pacto saepe Phaedrus 1.13.13. et 1.27.1. ubi vide Burmann.) aliquid tamen latere videtur in voce *rei*, quod Viro Summo dum illa scriberet, haud occurrebat. *Res* est enim utilitas, lucrum, quae ex aliqua re percipiuntur, verbo opes: Plaut. Stich. IV.1.16, Trin. II.1.5, Trucul. I.1.29. Horat. Ep. I.1.v.66. Ait ergo histrio; dum nostra res hic agitur, i.e. qua vitam sustentamus, quaeque nobis lucrum praebet, ea vobis fabula erit. Ἀντίθεσις igitur eadem, ni fallor, quae inter *seria*, et *ludum* apud Virgilium Ecl. 7.17.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

55. *Pertractate*) Sunt qui mutare velint, sed invitis Codicibus. *Pertractate* est Plauto *obscoene*, *δυσφήμως*.

56. *Immemorabiles*) Alio sensu utitur Cistell. II. 2. 3. Hic immemorabiles sunt, ut bene Interpretes, *memoratu indigni*. Respicit igitur ad *εὐφημίαν*, quae parum casta libere pronunciari vetabat. Vide Cicer. ad divers. 9.22. Quibus tamen legibus Comicos se non adstrixisse sat notum.

62. *De subito*) Corrupti hic plures Codices. Proba tamen lectio, quae et quaedam librorum suffragia habet, firmatur quoque auctoritate Nonii 12. 1.

63. *Expectat*) Elegantissima profecto ac longe vulgata praestantior Codicum eorum lectio qui habent hic *expetat*. Sed ex legis Pediae scito jam inde a Camerario huic verbo aquâ et igni est interdictum.

68. *Duellatores*) Suam hic manum Plauto integram reliquere; hoc enim modo ejus aevo scriptitatum docet vel Cicero

de orat. cap. 45. Sic et illud in Scipionis dedicatione DVONORO pro *Bonorum* etc.

ACTVS PRIMI

SCENA PRIMA.

1. *Iuventus etc.*) Parasiti haec verba commentati sumus in Excursu altero, quem pete.

2. *invocatur*) Ludit, ut bene ait Taubmannus, in hac voce, qua intelligit hic ακλητον και αυτοματον, qui non vocatus ad convivium, quo sensu praeter Terent. Eun. V. 9. 29. quem citavit idem Taubmannus, eadem vox occurrit apud Cornel. Nepot. Cimon. Cap. 4. *Quotidie sic coena ei coquebatur, ut quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret.* Sic et *inquisitus* pro *non quaesito* dixit Amph. II.2.217.

3. *Derisores*) Nescio quod parasitorum genus hoc nomine designari censent interpretes. Nihil tamen est hic iis loci; sed sunt derisores, qui Ergasilum, quod se invocatum diceret, deridebant.

4.5. *In con. sibi etc.*) Vide quanta consensione Codices τὸ *scortum* in utroque versu repetant, quibusdam tantum ab altero ejicientibus. A vulgata tamen non temere recedendum puto.

Invocat) Res satis nota ex nostri Asin. V. 2. 55., quem locum hic citant interpretes. Adde Asin. IV. 1. 34. et Curcul. II. 3. 75. atque de eo usu intelligendus Propertius Eleg. VIII. Lib. 3. v. 27.

Sit fors et nobis, talorum interprete jactu,
Quam gravibus pennis verberet ille puer.

10. *Res prolatae*) Haec ex Cicerone aliisque bene explicuit Casaub. ad Theophr. Cap.6. qui *res prolatas* dici, quando justitium est, docebit.

12. *Caletur*) Sic forma antiqua, uti et alibi. Vide Perizon. ad Sanctii Min. 3. 2. n. 2. De cochleis vero sat notum. Conf. Theophr. apud Athen. lib. 2. p. 63. Dalech. cui paria habet Plinius 8.59. ubi nostri opportune meminit Harduinus.

17. *Venatici canes*) Sic Codices omnes, atque eodem modo

do dedit Merula, Saracenus, Valla. Displicuit id tamen Pyladi illi teterrimo Plautinarum Comoediarum corruptori, qui tamquam ἀπὸ τοῦ τρίποδος pronunciavit, *subaudiendum canes, non adscribendum, quia abundaret versus*. Hunc deinde sunt sequuti omnes alii editores. Quidquid tamen ii in eorum patrocinium adferre possint, malui cum membranis sapere, quarum perpetuam lectionem exhibui, ac potius Plautum versum ὑπέρμετρον reliquis hujus scenae admiscuisse credam, quam septem et quadraginta Codicum auctoritatem pro nihilo ducam. Docuissent saltem probi cujusdam auctoris exemplo *venaticum* pro *cane venatico* positum aliquando. Noster certe et alibi addit canem. Mil. II. 2. 113. et sic quoque Horatius Epist. 1. 2.

18. *Molossici*) Coeptam sequitur cum canibus comparationem. Molossos autem canes inter acriores esse neminem fugit; quare Alciphro 3. 47. eos vocat χαλεποὺς, καὶ βαρεῖς τὴν ὑλακήν, et Aelianus de N.A. 3. 2. diserte: θυμικώτατοι δὲ κυνῶν Μολοσσοί. Hac vero forma *Molossici* usus est et Aristophanes Θεσμοφορ. v. 423.

> καὶ προσέτι Μολοττικοὺς
> Τρέφουσι, μορμολυκεῖα τοῖς μοιχοῖς, κύνας, κ.τ.λ.

22. *Sacculum*) Reduxi in textum hoc verbum jam inde a Camerario ejectum, qui *saccum* ex Codice suo substituit, cujus tamen lectio videtur ex compendio vocis *sacculi* perperam orta. *Sacculus* vero erit nostro, quod et ceteris scriptoribus, Graecorum Ἀργυροθήκη, vide Theophr. Char. C. 10. vel Aristophanis θύλακος Ορνιθ. v. 504. et sane marsupium explicat Isidorus *Marsupium sacculus numerum* Orig. 20. 9. et glossae βαλλάντιον, καὶ βαλλαντίδιον. Vide Scaliger. ad illa Catulli

> *nam tui Catulli*
> *Plenus sacculus est aranearum.*

et sic millies ceteri, unde *sacellum* effinxit Petronius cujus vide Interpretes.

24. *Est potitus hostium*) Singulari hoc dicendi modo noster saepe in hac Comoedia, uti et alibi (Epid. IV. 1. 5.) est usus. Plane tamen eodem pacto, ac Plautus, loqui amant Jurisconsulti, e quibus pete quae in medium protulit post Alciatum παρέργων Lib. 1. Cap. 35. Vir Summus Antonius Augustinus Emendat. Lib. IV. C. 10. Sic in l. 11. D. de Captivis Papinianus; *exinde sui juris videtur fuisse, ex quo pater hostium potitus est*. et l. 12. §. 6. eod. Tryphoninus: *pro eo habentur, ac si nunquam*

quam iste hostium potitus fuisset. Vide quoque Viros Doctos ad Festum in V. *Potitus*.

35. *Saturitate — ebrius*) Vocabulum vinosis proprium facete transfert ad coenam. Vide an nihil huc faciant paria nostri verba Casin. III. 6.18.

Facite coenam mihi, ut ebria sit.

SCENA SECVNDA

2. *Heri*) Dederant hic *here* contra apertum Quinctiliani testimonium qui se in vetustioribus, ac melioris notae Comicorum Codicibus *heri* invenisse profitetur Inst. I. 7. quod Codd. nostrorum quoque auctoritate in textum recepimus.

3. *Singularias*) Anxie quaerunt eruditi, quid sint hoc loco catenae singulariae. Turnebo videbantur, quae singularum librarum essent, quo sensu dicimus *centenarias*, *talentarias* etc. ad cujus opinionem facile accederem. Sunt tamen qui singularias interpretentur singulis singulas, non duplices etc. qui in sententiae suae patrocinium advocare poterunt Caesar. de B. G. 1. 53. C. *Valerius Procillus*, *quum a custodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur*, *in ipsum Caesarem incidit*. Adde πραξ. Αποστ. 12.6. ὁ Πετρος κοιμωμενος μεταξυ δυω στρατιωτων δεδεμενος ἁλυσεσι δυσιν. etc. Vel sic tamen magis Turnebi interpretatio arridet.

7. *Avis ferae*) Lucem haec dant solenni illi Jurisconsultorum divisioni bestiarum quarum fera natura est, vel non. Vide *tit. de rer. divis.* etc. *Feras alites* dixit praeter Horat. Epod. Od. 12. Virgil. Aen. X. 559. ubi Servius Plauti verba memorat opportune.

11. *Non videre ita tu quidem*) Bene haec se habent frustra tentata a Dissaldaeo, quem merito castigavit Gronovius. Illud vero notandum, saepissime in hac Scena etiam melioris notae Codices interlocutorum notas mire confundere ac miscere, quod semel hic monuisse sufficiat.

15. *Dem ipse in pedes*) Mirus lepor in verbo *dare*, toties iterato, judice Lambino. *Dare* vero *se in pedes* hic eodem pacto dicitur ac *conjicere se in pedes* apud Terentium Phorm. I. 4.

413. Vide similes tum nostri tum Naevii locutiones apud Nonium 4. 384.

17. *Nimis quam cupio, ut impetret!*) Sic videntur haec interpungenda, quae frigescunt, uti exhibentur in vulgatis. Vis enim hujus loci est in τῷ *quam nimis!* quod pro *quantopere quam enixe* ect.! hic utitur eodem pacto ac Cicero de fin. *quam cupiunt laudari!* et noster Trucul. II. 5 15. quae et sic videntur scribenda:

> *Nimis quam paucae sunt defessae, male quae facere occeperint!*
>
> *Nimis quam paucae efficiunt, si quid occeperint benefacere!*

20. *Antiquis — moribus*) Qoid sint Parasito mores antiqui diximus in Excursu.

22. *Condigne*) Atqui Ergasilus ut in adolescente liberalitatem, sic parsimoniam in sene videtur agnoscere; nam secus non esset, ut adeo fortunas suas conquereretur, si patrem, aeque ac filius erat, liberalem nactus fuisset; quare legendum mihi quondam videbatur *Non digne* etc. Sed membranae abnuunt.

30. *Maceror*) Equidem valde probo Reg. 1. Codicis lectionem, qui habet *laceror*, atque hoc esse ab auctoris manu facile ut credam inducor. Insulsa sunt enim haec: *maceror, et macesco*. Adde *lacerari* eleganter hoc sensu adhiberi. Cicero ad Attic. 3.8. *Meus me maeror quotidianus lacerat et conficit*. Virg. Culice v. 59.

> *Omnia luxuriae pretiis incognita curis,*
>
> *Quae lacerant avidas inimico pectore mentes.*

Vellej. lib. 2. c. 130. *Quantis hoc triennium, M. Vinici, doloribus laceravit animum ejus!*

31. *Consenesco*) Eodem pacto hoc dicitur, quo apud Persium Sat.6.16 *senio minui* pro tristitie atque curis lacerari. Vide ibi Casaubonum nostro hoc loco, uti et aliis affinibus pluribus usum. Sic et Stich. I. 1. 19.

> *Hae mihi dividiae, et senio sunt.*

Truc. II. 5. 13. *Id illi morbo, id illi senio est.*

Atque hinc apud Apulejum Met. lib. 10. *senilis tristitia* et alibi lib. 5. *indefesso luctu atque maerore animi consenescebant*. Adde Horat. Epist. I. 7. v. 84.

> *Immoritur studiis, et amore senescit habendi.*

Ossa atque pellis) Ingentem nota famem patris hujus esuri-

ritionum, haud aliter ac Erysichthoniam illam, de qua Callim. εις Δημητρ. v. 93 seq.

μεσφ' ετι νευρα
Δειλαιῳ ινες τε και οστεα μωνον ελειφθεν.

Et sic quoque Theocriti venefica Ειδ. β. v. 89. αυτα δε λοιπα Οστε' ετ' ης και δερμα.

36. *Egone illum etc.*) Plauto me suam manum hoc loco restituisse ausim dejerare. Ediderant qui post Merulam, Vallam, et Saracenum Plautum recensuere.

Egone illum non fleam, egone non defleam?

sequuti scilicet Pyladem, qui primus Plautinum iocum, quem ipse minime intellexisse videtur, corrumpere ausus est. Sed quid dicamus de ceteris? His scilicet imposuerunt Palatini, quos tamen hoc loco corruptos esse clare evincit ceterorum optimae notae librorum auctoritas. Cum his vero, quorum nos dedimus collationes, plane conveniebat Codex Sambuci, cujus lectio Francisco Dissaldaeo jure est probata; cui Viro quamcumque hanc ακριβειας laudem sartam tectam volumus servatam.

45. *Alienus*) Prout alieni dicuntur, qui nobis nullo affinitatis vinculo conjunguntur, eoque sensu cognatis affinibusque opponuntur (vide nostr. Trin. III. 2. 58. Terent. Adelph. I. 2. 57. et Heaut. V. 4. 6.); sic parasitus ad senis captandam benevolentiam, se alienum ei non esse ait, plane eodem pacto ac apud Charitonem Callirrhoae inquit Dionysius lib. 2. c. 5. p. 42. Reisk. διηγησαι μοι, Καλλιρροη, τα σεαυτης. ου προς αλλοτριαν ερεις· εστι γαρ τις και προς σε συγγενεια. Et compara nostri Cistell. I. 1. 22. *nemo alienus hic est*, et Trucul. I. 2. 74. *haud alienus tu quidem es*.

49. *Eheu! et seq.*) Haec sunt non absimilia Sphingis aenigmati, uti eduntur jam inde a Camerario:

ER. *eheu?* HE. *huic illud dolet,*
Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Nullumne interea nactus, qui posset tibi
Remissum, quem dixti, imperare exercitum.

Sed qui potest, quaeso, dicere senex parasito *Remissum, quem dixti etc.* nisi antea ipse parasitus de hoc exercitu esset loquutus? Quod quum per se pateat, mirum nostri interpretes non animadvertisse, praeter Angelium Neapolit. qui tamen nodum recidit potius, quam dissolvit, quum pro *dixti* reposuit *dixi*. Vitium, lector, non est in verbis profecto, sed ut saepe

ali-

alibi, interlocutorum notae male a librariis confusae has tu rbas dederunt. Nos levi mutatione, atque, ut vides, verbis ipsis minime sollicitatis, Plauto medicinam fecimus. Imposuerat librario τῷ *huic*, quod referendum putabat ad Ergasilum, ideoque ea verba necessario Hegioni danda esse censuerat: sed referendum est omnino ad *animum*, de quo loquutus erat senex, et sic nihil impedit, quominus de animo suo ita loquatur parasitus.

50. *Remissum exercitum*) Explicabat haec erudite Gronovius in ipso observationum suarum limine I. 1., ubi vide quae habet.

56. *Multis etc.*) Haec verba ad v. usque 61. illustranda suscepit elegantissimus Salvinius, Discors. Accadem. Tom. VI. p. 180. edit. Neapol. Is mirum esse leporem in iis jocis pronunciat, in quibus urbium ac populorum nomina ad ridiculum sensum detorquentur, ut hic facetissime Plautus fecit. Nam Pistorienses, Panicei, Placentini, Turdetani, Ficedulenses vera sunt, saltem pleraque, urbium populorumque nomina. Similia habent Graeci, e quibus Aristophanis locum, qui lepide voce Αιτωλων usus est, jam occupavit Salvinius. Addo alium e νεφελ. v. 708. ubi rusticus Strepsiades jussus a Socrate in lectulo accumbere; ibique a cimicibus (κοριοι) infestatus, sic ait:

> Απολλυμαι δειλαιος! εκ του σκιμποδος
> Δακνουσι μ' εξερποντες οἱ Κορινθιοι,
> Και τας πλευρας δαρδαπτουσι, κ. τ. λ.

73. *Pauxillum*) Dicunt omnes *contentus pauco*, non *paucum*. *Jam modo non possum contentus vivere parvo*. Tibull. I. 4. 32. *Huic parco paucis contento etc.* Horat. Quare sic ista explicabat Gronovius, ut *potes contentus esse pauc.*, idem sit ac *potes parcus edere pauxillum*. Solitum Viri acumen in his haud desideres: potest tamen et ελλειψις esse verbi *edere*, vel Plautina singularis constructio, nam et infra *dignus* cum accusat. conjungit V. 2. 16. et videtur iterum sic loquutus Mercat. V. 4. 16.

> *imo dicamus senibus leges censeo.*
> *Priusquam abeamus, quas leges teneant, contentique sint.*

Erunt fortasse qui credent, veram lectionem (*pauxillo*) servasse optimos duos Codd. Regium et Barberinum; et *pauxillum* ortum ex τῷ *perpauxillum* sequentis versus, quibus neque adeo repugnarem.

74. *Ne perpaux.*) Male Gronovius dederat: *nae*. Ait enim

n Pa-

parasitus, ne modo id pauxillum fiat perpauxillum, roga me emtum; nam haec conjungenda esse sensus ipse requirit.

76. *Age sis roga*) Locus vexatissimus tot Interpretum conjecturis. Vulgata jam inde a Camerario insulsa est et frigida, suoque merito a nobis ejecta. Salmasius, cui Gronovius quoque adhaesit, locum sic refinxit.

HE. *Agesis rogo*. ER. *Emtum*, *nisi qui* etc.

Sed renuunt scripti, sine quibus nihil audeo. Iis propius accedit Turnebi conjectura, qui sic legit:

HE. *Agesis roga*. ER. *emtum*. *nisi qui* etc.

Sed jure in hac lectione illud displiceat, quod quum Hegio parasito dixisset roga, h. e. pretium, nam manifesto ad jocosam quamdam emtionem venditionem alludi patet, is iterum non quasi emtor, sed potius venditor, ei respondeat: *quasi fundum vendam* etc. Nos ea omnia verba parasito tribuenda esse censemus, atque ita scribenda, uti dedimus, et jam probaverat Palmerius. Quasi venalis sit parasitus, Hegioni, ut pretium eum roget, praecipit; se enim, nisi melior conditio occurrat, quasi fundum venderet, suis se legibus addicturum. Locum ergo habemus plane geminum Plauti quoque illis in Sticho I. 13. ubi de se auctionem praedicat Parasitus, unde etiam noscimus, quo pretio se hujusmodi homines venales praeberent, coena videlicet, vel prandio. Hac autem loquutione *roga emtum* et alios usos docebit Cl. Brissonius de Form. lib. 6. n. 2., qui Juliani Jurisconsulti locum suggerit ex l. 41. D. de Contr. emt. vendit. *Quum ab eo, qui fundum alii obligatum habebat, quidam sic emtum rogasset, ut esset is* etc.

79. *Profundum*) Profundum parasiti ventrem intelligit; sic et *profunda gula* apud alios quoque Scriptores. Vett. Edd. *Proh! fundum*.

80. *Hem vel jam* etc.) Codd. *emulis*, unde nonnulli *aemulis*, Valla *hem malis*, Turnebus *hem mulis*, alii alia exculpsere. Vulgatam (quam agnoscit et Reg. r. a secunda manu) vix est ut mutem; videtur enim *to emulis* ex male intellectis librario siglis *em ul im* natum fuisse.

81. *Leporem*) Notum quo pretio lepus erat in Romanorum conviviis. Martial. 13. 92.

Inter aves turdus, si quis me judice certet:
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Locum Luciani huic nostro geminum dedimus in Excursu de Parasitis. 81.

81. *Erim*) Sic primus Palmerius, quem sequuti Salmasius, Gronovius, ac plures. Et sane nulla est ex ceteris Doctorum conjecturis, quam lubentius amplecterer; nam quoad Codices, quorum varias dedi lectiones, sunt omnes corrupti. Erant qui *ibim*, quo nomine phasianum vel carduelem intelligebant, alii *Cirim*, Turnebus malebat *irim*, Camerarius *i rem teres*, aliter alii. Sed et Palmerianam lectionem defendit Vlitius ad illa Nemesiani Cyneg. v. 57.

Implicitumque sinu spinosi corporis erem
Ferre domum.

atque simile aliquid expiscari conatur in Menaechmis.

82. *Commetat*) Sic restitui audacter fidem sequutus Codicum Regiorum, atque Ambr. 6. praeterea Camerariani, qui et eamdem servavit lectionem. Confer Virum Doct. Bentlejum ad Horat. Sat. II. 5. 81. qui το commetare tum nostro restituendum docuit, tum Terentio Heaut. III. 1. 34. ubi et male vulgati habent *commeare*, et compara, quae habet Nonius ab eodem Bentlejo in testimonium advocatus.

83. *Calceatis dentibus*) Ludit in eo, quod Hegio dixerat: *nam meus scruposam etc.* Porro revocant Plautina ista in memoriam loquutionem et ipsam singularem Pompejani illius Philadelphensis, de quo Cynulcus penes Athenaeum Lib. V. p. 98. Dalech. ανδρος, ut ait, ουκ απανουργου, ονομαθηρευτου δε αυτου, qui praeter alia nova vocabula, atque inaudita, sic quoque de barba loquebatur: εγω γαρ υποδυσαμενος τον πωγωνα προσαγορευω τους εταιρους. Quid vero sit apud eum *barbam calceare* latuit magnum Casaubonum, neque alius, opinor, facile praestiterit.

86. *Terrestris coena est.*) Maxime invisam fuisse helluonibus coenam ουδ' αιμ' εχουσαν, ut loquitur Diphilus apud Athenaeum lib. VI., patet et ex altero Antiphanis loco ejusdem Athenaei lib. II. pag. 60. diligentia servato, ubi postquam hujusmodi δειπνον descripsisset comicus, addit:

Τουτοις ο βιος απυρετος φλεγμ' ουκ εχων·
Ουδεις κρεως παροντος εσθιει θυμον,
Ουδ' οι δοκουντες Πυθαγοριζειν.

Confer festivum Ammiani epigr. in Anthol. lib. 2. Cap. εις φειδωλους, quod citavit Longolius. et Turneb. ad illa Horat. Ep. I. 5. 2. *Nec modica coenare times olus omne patella*. Atque hinc apud eumdem Horatium Epist. I. 17. *olus prandere* est parce ac moderate vivere.

 ACTUS

ACTVS SECVNDI

SCENA PRIMA

5. *Eamque etc.*) Codd. mira consensione *eamque et herili*, unde suam Lambinus hausit lectionem; *eamque et berile imperium etc.* Gronovius conjiciebat: *eique berile imperium etc.* quam lectionem dummodo per membranas liceret, amplecti non dubitarem. Lambiniana interim conjectura contentis esse liceat. Quod vero pro *lenem* Codd. quidam habent *levem* minime despiciendum censeo; nam et supra eo verbo usus est v. 3. et alii saepissime: Horat. I. 20.

levius fit patentia
Quidquid corrigere est nefas.

7. *Oculis multam miseriam additis*) Locus vexatissimus, quique criticos hucusque exercuit. E Codd. recentiores tantum habent modo *cuditis*, modo *dicitis* etc.: vetusta autem lectio, quam praeter optimum Codicem Gronovii, et Langianum habet quoque antiquissimus ex Ambrosianis, est *multa oculis multa miraclitis*. Vulgata est e conjectura Camerarii, qua nihil commodius se vidisse affirmavit olim Gronovius ad Senecae Herc. fur. v. 1237., quamquam sui forsan oblitus ad hunc locum sic legendum conjicit:

Ejulatione haud opus est: multam oculis modo irrogatis.

quae tamen lectio vix est ut alicui possit probari. Tam depravatis ipsis Codicibus, nihilque bonae frugis summis Viris, qui hunc locum tractavere, afferentibus, licebit nobis vel de his verbis omnino desperandum pronunciare, vel saltem usque adeo ampliandum, donec aliquid subsidii vel e correctioribus Codicibus, vel ex Viri alicujus docti ingenio feratur.

13. *Officium*) Scil. fugiendi, uti bene Taubmannus immerito taxatus a Boxhornio. *Officium* flagitioso sensu apud Nostrum frequentissimum. Confer. Asin. II. 2. 113., Aulular. II. 9. 8., Epid. II. 3. 1., Bacch. IV 4. 108., Pseud I. 3. 141., IV. 1. 9.

14. *Fugam fingitis*) Sic bene Camerarianus, et Reg. 1. a prima manu. Nam et *fugam fingere* dixit Lucilius in testimonium jam a Gulielmio advocatus, et similiter apud alios scriptores *fingere fallaciam* etc. Vide Terent. Andr. I. 3. 15. Heaut. III. 2. 22. etc. Mox pro *sentio* plerique Codices *scio*.

15.

15. *Apage haud nos id deceat etc.*) Codices nostri primum verbum haud agnoscunt.

22. *Copia ea*) Editi habent: *copia est atque ea facitis etc.* Aliter tamen Manuscriptos habere fassus est Gronovius, qui conjecit:

cum quam volumus nos
Copiam, ea facitis nos compotes.

Nos qui pressius membranis adhaeremus, Reg. 1. Codicis lectionem, quae ex omnibus visa est optima, in textu exhibuimus,

24. *Arbitri*) Et supra v. 17. ea voce hoc sensu est usus, et alibi saepissime. Sic et ceteri quoque scriptores. Liv. 27.28. *ut sine arbitris milites quae vellent, agerent.* Ovid. Metam. II. 258.

procul est, ait, arbiter omnis;
Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.

Adde praeter Sallustii Catil. 20. et quae plura ibi dat Cortius, Curt. V. 11., 12. VI. 11.

29. *Sobrie*) Sic quoque in Epidico IV. 1. 38.

Ille eam rem adeo sobrie et frugaliter
Accuravit, ut alias res est impense improbus.

Eademque significatione, ni fallor, Terent. Heaut. IV. 2. 29. *Satin' sanus es, et sobrius.*

32. *Spero etc.*) Codices et vetustiores editi male haec turbant. Verba enim *nam tu — vilitati* dant Philocrati, Tyndaro deinde *scio*, tum quae sequuntur usque ad *proximus* (v. 42.) ea omnia dant iterum Philocrati, in quibus tamen manifesta sunt διαλογισμοῦ vestigia. Nos lectionem sequimur Camerarianam.

40. *Suadeam*) Verba haec Codd. uti diximus dant Philocrati, quae tamen, ne quid dissimulem, adeo frigent, uti nunc leguntur, ut prorsus Plauto indigna videantur. Nam neque satis cum superioribus cohaerent, neque servi consiliis, sed factis potius egebat Philocrates. Et mirum sane haec momenta criticorum neminem ad ea aliter constituenda compulisse.

41. *te, si audeam*) Codd. et Edd. ante Camerarium *si te audeam*. Utroque modo legas, frigida videtur oratio. Nos nisi sine membranis nihil omnino audere constituissemus, haud nunc plane improbaremus, quod olim in mentem venerat, legendum esse *si sapiam*; videbatur enim τὸ *audeam* ortum ex *audiam* superioris versus. Sic certe noster Men. IV. 2. 38.

Si sapiam, Hinc intro abeam etc.

et Rud. I. 3. 8.

Si

Si sapiam, hoc quod me mactat, concinnem lutum.

43. *Audio*) Ειρωνικως dictum videtur, ut illa Terentii Andr. III. 3. 20. 51. *Irae sunt inter Glycerium et gnatum.* CH. *Audio*; tum Phorm. V. 7. 54. *Argentum quod habes condonamus te.* PH. *Audio*. Vide Donatum ad ejusd. Terent. Phorm. I. 3. 8.

46. *Vt qui herum etc.*) Plane ut Euripidis illa Androm. v. 64.

Ω φιλτατε συνδουλε, συνδουλος γαρ ει
Τῃ προσθ' ανασσῃ, τῃδε νυν δε δυστυχει.

50. *Ego te*) Vix est, ut locum suum obtinere possit incommoda haec duorum verborum adjectio, quae a melioribus Codd. tum Camerarii editione exsulant. Neque enim servum honore honestare dominus recte dici posse videtur. Petit ergo Philocrates a Tyndaro, ut se eo ipso honore prosequeretur, ac quum illum serviebat. Nostri autem locutione usus est et Sallustius Catil. 35. *non dignos homines honore honestatos videbam*, ubi vide Cortium.

Servibas) Est ab Editoribus. Codd. *serviebas*.

SCENA SECVNDA.

8. *Praesenti pecunia*) Graecum expressit τον παροντα αργυριον. Vide Demosth. in Onetor. I. et περι συνταξ. in initio et quae de hoc loquendi modo habet Vir doctus in Thesauro juris Ottoniano Tom. 2. pag. 15.

15. *Nescium*) Singularis hujus verbi significatio notata est e veteribus a Nonio, et Gellio 9. 12. qui citant nostri locum in Rudente, ubi etiam nescius pro ignotus ponitur I. 5. 17.

Quae in locis nesciis nescia spe sumus.

Est ergo ex iis verbis, quae utroqueversum dicuntur, id est, tam *qui nescitur*, quam *qui nescit*, ut Gellii utar vocabulo. Plura esse hujusmodi verba in sermone latino, norunt eruditi, quae tamen quandoque haud intellecta, miras dant turbas. Sic apud Melam 2. 7. *clades Romana* est profecto clades Poenis a Romanis illata, quidquid in notis ad eum locum contra Ciacconium atque Vossium sentiat J. Gronovius, eodem pacto ac ἡττα των Ελληνων est victoria Graecorum de Persis apud

pud Aelianum ποικ. ἱστορ. II. 25. ubi vide Perizonium. Et sic quoque *honores populi nostri apud* Cornel. Nepot. I. 6. i. e. a populo nostro collati, et *venatorum nex* pro nece a venatoribus illata apud Phaedrum II. 8. 2.

Vi venatorum fugeret instantem necem.

17. *Involucre*) Graecis est ὠμόλινον, de quo praeter Plutarchum, quem hic citat Turnebus, vide Athenaeum pag. 410. ibique Casaubonum. Σινδόνα vocavit Alciphro Epist. III. 66. καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου καθίσας, σινδόνα καινὴν περιθεὶς κ. τ. λ.

18. *Strictim, an per pectinem*) Explicabat haec quoque Turnebus in Adversariis, cui strictim tondere, est ad cutem; per pectinem vero, pectine interposito. Graeci vocant δαρμὰν σιαγόνα καὶ λείαν. Vide, quem paullo ante citavimus, Alciphronem, *ibid.*

21. *Proxumum etc.*) Satis commoda hujus versus lectio, quae et a quibusdam Codicibus firmatur. Gronovius tamen, qui in quinque scriptis libris *bonum* reperit, sic refingebat: *proxime quod sit bonum, quodque a malo longissime.* Equidem sic censeo, vel servandam esse vulgatam, vel si ea sit mutanda, adhaerendum optimi Regii Codicis lectioni, qui sic habet:

Proxumum quod sit bonum, quodque a malo longissume.

24. *Euge! pol*) Sic dedi Lambinum sequutus, et editores Plauti vetustiores, Camerario haud excepto. Neque aliter sane habent plurimi codices; ceteri enim corrupti omnes videntur, in his et Camerarianus, e cujus tamen lectionis vestigiis eruerant editores *Eugepae Thalem etc.*

Thalem talento) Saepius in veterum Comoedia insignem hunc Philosophum advocatum invenimus, quum sapientiam alicujus vel joco vel serio admirarentur. Sic plane ut noster et Aristoph. Νεφελ. v. 180.

Τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν;

et Ὀρνιθ. v. 1010. Geometram irridens Pistoclaerus: Ἄνθρωπος Θαλῆς! uti noster quoque Rud. IV. 3. 64. *Salve Thales!* Confer et Bacch. I. 2. 14., et quae habet de Socrate Pseud. I. 5. 50.

30. *Aliis*) Sic reposui ex omnium Codicum consensu, sequutus quoque vetustiora exemplaria excusa atque e recentioribus Bronckianum. Nam ceteri dederant *Aleis.*

31. *Opimae*) Legebatur antea *optimae*, et sic quoque Camerarius. Veram lectionem vidit primus *Hegius*, teste Longolio.

Exsoquat sevom) Proverbium certe erat ad copiam alicujus rei

rei significandam. De sevo vide plura apud Nonium.

35. *Thesaurochrysonicochrysides*) Risum ex mirifica nominum compositione aucupatur, eadem prorsus ratione ac e Latinis quoque vocibus conflavit mirifica illa et prorsus ridicula του Ψευροτερου nomina in Persa IV. 6. 20., aliaque illa regionum in Curcul. III. 74. Graecos et in hoc imitatur, qui hac verborum compositione maxime delectantur. Itaque legas apud Aristophanem Νεφελ. v. 331. σφραγιδονυχαργοκομηται itemque σφηκ. v. 220. αρχαιομελησιδωνοφρυνιχηρατα, atque ibid. v. 503. ορθοφοιτοσυκοφαντοδικοταλαιπωρων, aliaque millia hujusmodi. Vide praesertim Eccles. erga finem.

36. *Quasi est*) Malebat Gronovius *esse*. Vide ejus observ. 3. 9. Nihil tamen mutandum videtur, abnuentibus praesertim membranis.

37. *Audaciam*) Nullum tamen audaciae vestigium in Thesauronicochrysidis nomine invenio. Nequeo igitur divinare, quo pacto propter ejus audaciam id nomen Theodoromedi inditum esse dicat. Scrupulum injecerat olim glossa illa Cod. Regii (*al. avidaciam*) ex qua suspicabar, Plautum, ut saepe, novum hoc vocabulum de suo extudisse, ac pro vulgari *aviditate* usum esse. Haec cogitanti occurrit Festi locus in audacia: *Audacia ab avide i.e. cupide agendo dicta est*, quo perlecto, magis in eo, quod tum non omnino displicuerat, firmari coepi, videbaturque et in Festo *avidacia* esse legendum; nullam enim novi audaciam *ab avide agendo* dictam. Sed nollem tamen haec omnia illius tantum glossae auctoritate firmari, quae quam infirma sit, probe novi.

40. *Ubi quando*) το *quando* expellendum censet Dissaldaeus, caussatus in Langianis non inveniri. Et abest sane a nostro quoque Codice Regio optimo; quare non dubitarem veluti incommodum glossema οβελιζειν.

41. *Samiis vasis*) Poni haec in humilioribus compertum quoque habemus ex nostri Sticho V. 4. 11.

> *Suum quemque decet: quibus divitiae domi sunt, scaphiis, et cantharis*
> *Batiolis bibunt; at nos (servi) nostro Samiolo poterio*
> *Tamen vivimus.*

ubi vix est, quin legendum putem *bibimus*. Adde illa Tibulli Eleg. I.

Ad-

Adsitis, Divi; nec vos e paupere mensa
Dona, nec e puris spernite fictilibus.

46. *Tua re feceris*) Vestigia hujus lectionis codices meliores retinuerunt, sed frequenti in membranis vitio *refeceris* in unam coaluit dictionem. Sic quoque supra *recogito* positum vidimus pro *rem cogito*.

53. *Meas opes aequabiles*) Me cum isthoc adaequavit. De hac voce autem *aequabilis* vide notata a Cortio ad illud Sallustii Jug. 43. *fama tamen aequabilis, et inviolata*.

59. *Nisi forte ipse non vis*) Sic saepe noster: vide Men. V. 2. 37. Trin. II. 2. 47. etc.

63. *Est profecto Deus*) Expressum hoc videtur ex illo Menandri, quod servavit nobis Clemens Alexandrinus lib. V. p. 606.

Εστιν Δικης οφθαλμος, ὁς τα πανθ' ὁρᾳ

cui paria concinit Graecus poeta apud Stobaeum Serm. 9.

Ομμα Δικης καθορᾳ παντα τα γιγνομενα.

71. *Patri decere*) Sic et alibi: vide Asinar. III. 2. 31., et saepe Terentius, Heaut. V. 2. 12. *ubi cui decuit primo etc.* Adelph. III. 4. 45. *ut vobis decet*; atque hic notat Donatus Graecum expressisse ὑμιν πρεπει. Neque aliter habent Codices in Sallustio Catil. 85 notante Cortio, quem vide. Livius quoque 34. 58. *decere principi*, sed alio pacto verba illa esse ordinanda docuit Drakenborchius.

74. *Ego virtute Deum etc.*) Hunc eumdem versum repetit in Aulular. II. 1. 44.

75. *Lucrum*) Sic quoque Terentius Adelph. II. 2. 8.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum,

ubi Westherovius praeter Plauti haec verba Menandri illud quoque profert:

Βελτιστον ου τι κερδος εν πασιν εχειν.

Pariter Tibullus 1. 9.

Saepe solent auro multa subesse mala.

76. *Lutulentos*) Restitui hanc lectionem, quam Camerarius ex suo Codice protulit, qui, nescio quo fato, hoc potissimum loco, quo maxime integer videtur, ab omnibus despicitur. Ediderunt enim *luculentos*, quod verbum sensum clarissimum obscurum reddit, atque turbat.

82. *Amittam: hinc etc.*) Nescio quid majoris vis haec lectio habere videtur, quam Plauto ex Codicum fide restituimus. Vulgata enim est: *et te et hunc amittam hinc, alio pacto etc.* Came-

merarius, cujus vestigiis insistit Longolius, sic legebat:

Et te et hunc amitt. hinc; alio pacto abire hinc non potes.

Hujus tamen lectionis nullum est in Codicibus fundamentum.

85. *Hic quidem hujus est cliens*) Codices haec verba alii Hegioni tribuunt, alii Tyndaro, cui dant quoque editi ante Camerarium. Hegionis tamen non esse facile patet; quin Tyndaro quoque dari possint, vetat illud *hujus*, pro quo dicendum omnino fuerat *meus*, vel *patris mei*. Dedit ergo Philocrati Camerarius, et post Camerarium ceteri. Sed qua ratione induci hic potest Philocrates, quem, dum haec Senex cum Tyndaro agit, procul ab iis recessisse omnino erit dicendum? Id enim necessario requirunt; tum quae in hujus Scenae v. 110. legimus; tum quae in altera Scena sequuntur. Ibi enim Tyndarus, quae cum Hegione ipsi convenerant, Philocrati singillatim edisserit, quod profecto facturus non fuisset, si dum illa ageret, Philocrates ipse adfuisset. Equidem hic omnino nihil quod afferam habeo; nam textum mutare, quem Codices perpetuo servant, temerarium videtur remedium.

90. *Aestimatum*) Jurisconsultorum est phrasis. Sic *fundus aestimatus*, in l. 11. D. de fund. dotal., *res aestimata* l. 5. §. 1. D. ne quis eum qui in jus vocabitur etc. Vide hic quoque Gronovium.

93. *Jusseris*) Musis invitis, ac membranis abnuentibus, quae omnes hoc verbum retinent, intruserat Camerarius *miseris*. Jure igitur, ut videtur, veterem lectionem revocavimus, quae latinissima est et Plautinissima, cum *mittere mandata* vix latine dici posse credam.

100. *Quod me esse scit*) Legebat Guliel. *quod med esse scio erga benevolum: nam*, ait, *caussam mittendi habere debebat alterius in se benevolentiam, non suam in alterius*. Defendi tamen potest vulgata, quae codicum calculo probatur. Id enim ait ψευδο Philocrates, se servi sui ingenio fretum esse, quod, quum is ejus in se norit benevolentiam, negotium omne fideliter esset transacturus.

104. *Optima imo*) Sic restituit ex suo Codice Camerarius, quam lectionem et plures alii Codices firmant. Vide quae ad eam defendendam habet hic Gronovius.

107. *Collus collaria*) *Collare* vocavit Nonius, et sic quoque quem citat Lucilius. E codicibus quidam habent *collarie* quasi e *collarium*. Fluctuant quoque inter *collum*, et vetusta voce

ce

-rce *collus*, de qua vide Nonium. Videtur esse Graecorum κλοιὸν, de quo Athen. p. 237.

108. *Gratia ea gravida est bonis*) Male haec tentabat Salmasius: Vulgatam enim jure defendendam suscepit Gronovius.

SCENA TERTIA

11. *Tute tibi ea*) Non opus erat Boxhornii conjectura : *tute tibi a tuopte ingenio*: vulgata enim optime procedit, et Codices omnes in ea consentiunt. Bene haec intellecta sunt a Lambino, cujus pete ad hunc locum notata.

16. *Qui me*) Gronovius alteram vocem Graecorum more παρέλκειν recte docuit, ut in illo Aristophanis Πλουτ. v. 56 πρότερον σαυτὸν, ὅστις εἶ, φράσον, et sic apud ceteros Graecos millies.

20. *Rebitas*) Probam hanc lectionem retinuerunt praeter binos Vaticanos alii etiam Codices: ceteri enim corrupti.

21. *Sentio*) Regius habet hic *censeo* et sic praeter plures e Laurentianis Editio Olchin.aliaeque.Recipiunt tamen potius *sentio*, quod habet Camerar. Mihi nescio quomodo τὸ *censeo* magis placet.

25. *Philocrates*) Non agnoscunt hanc vocem Codices plerique, Editionesque veteres, et sane, ea dempta, facilius, ni fallor, fluere videtur oratio. Sed non temere videtur, quod in aliis Codicibus et prioribus editis Vallae, et Merulae invenitur; et potuit sane a negligentiori librario praeteriri, qui per eam interlocutoris nomen indicari crediderit.

30. *Si*) Hoc verbum, quod Codices nostri non agnoscunt, est a Camerario.

32. *Et fecit semper et facit*) Sic levi mutatione recepi ex Cod. Regio I., cujus lectio majorem elegantiam habere visa est, ac vulgata illa, quae in ceteris Codicibus legitur *semper fecit ac facit*.

33. *Memini tamen*) Codd. Vett. tum scripti tum excusi, in his et Camerarianus, τὸ *tamen* dant omnes Tyndaro. Recte autem Gronovius cum ceteris Philocratis verbis conjungendum esse docuit, et παρέλκειν, uti apud nostrum saepissime. Et sane en tibi his plane gemina nostri quoque verba in Milite I. 1. 48.

At nullos habeo scriptos; sic memini tamen.

 In

In Codicibus vero, uti pluries vidimus, in appingendis personarum notis peccatur.

38. *Poteris*) Boxhornius quadam veri specie mavult *poterit*. Codices tamen semper *poteris*, quod et hic locum suum retinere sine sensus damno potest.

43. *Commeruisse culpam*) Sic veteres pro eo quod dicendum potius fuerat: *poenam commerere*. Terentium Phorm. I. 4. 29.

Nam si senserit te timidum pater arbitrabitur
Commeruisse culpam.

48. *Gratis*) Sic restituimus fidem plurium sequuti Codicum, et editionum Veterum. Dederant enim hic *gratus*, non alia profecto de caussa, quam quod ita legit Codex Camerarianus, cui vel cum manifesto errat, plus nimio tribuerunt Viri Docti. Non ita tamen ipse hujus Codicis possessor Camerarius, qui et *gratiis* in editione sua exhibuit, et sic omnino esse legendum, sanus nemo dubitabit.

58. *Obsequiosus*) Obsequium enim proprie majorum erat erga minores. Vide Nonium Cap. 15. unde et apud Terent. de patre *obsequi gnato*. Contraria tamen exempla non desunt.

66. *Testem laudo*) Fluctuant hic Codices inter *laudo* et *do*, quod servat vetustissimus ex Ambrosianis, tum optimus Regius, in quo cum antea *lando* scriptum fuisset, scalpro dein erasae ἀρχαιοῦσαι litterae (*lau*) conspiciuntur; eamdemque lectionem praeferunt praeter Codices plerosque Vaticanos, inter quos etiam Camerarianus, Vett. Edd. Et sane *dare testem* saepe Latini. His tamen non assentiiur Nonius, quem longe emendatioribus, ac nos nunc habemus, Plauti Codicibus usum esse, nemo, puto, in dubium revocabit. Is sic habet Cap. 4. 15. *Laudare etiam significat nominare. Plautus Captivis: Id ut sciat, Jovem supremum testem laudo, Hegio*; cujus auctoritati quid opponi queat non video; et sane τὸ *laudo* quidam etiam Codices servarunt. Constat aliunde eo verbo hoc sensu veteres usos esse, uti praeter Nonium docuit quoque Festus in *laudare*, Macrob. Saturn. 6. 7., tum quem hic citant Interpretes, Gellius 26. Adde obviam in juris libris locutionem *laudandi auctorem etc.*

72. *Sed, te quaeso*) Sic scripsi, pro eo quod Editi habebant: *sed te, quaeso*. *Te* enim et infra repetit versu sequenti.

73. *Ignores*) Vim verbi bene Douza explicabat, citato Amphitruon. IV. 3. 13. *quem omnes mortales ignorant atque ludificant*; cui

cui addi possunt illa Propertii 2. 2. 4.

Cur haec in terris facies humana moratur?
Juppiter, ignoro pristina furta tua.

ubi vide filium Dousam. Noster quoque Asinar. I. 2. 18.

Eadem nunc, quom est melius, me, cujus opera est, ignoras mala.

et Terent. Phorm. II. 3 9.

Quia egens relicta est, ignoratur parens,
Negligitur ipsa.

77. *Neque des operam*) Codices nostri habent tamen *atque*, quod, qui malit, suro amplecti poterit.

79. *Fac fidele sis fideli*) Hanc veram esse lectionem, quam praeter Codd. exhibuerunt quoque Edd. Ochin. Ald. et Longol. patet ex Nonii verbis XI.25. quae tamen perperam edita, sunt vicissim e nostris Codicibus restituenda. Quod vero codices quidam habent *fac fidelis sis fideli*, et sic quoque Camerarius, ac reliqui post eum, ex nostra certe lectione est corruptum. *Fidele* autem, pro *fideliter* hoc loco poni docemur ab eodem Nonio; neque sane ullo modo verosimile, quod voluit Taubmannus, de alio loco Nonium esse loquutum.

87. *Et tua et tua*) Sic recte. Perperam Codices plerique una tantum vice *et tua*. Vulgatam firmant Ambrosianus vetustissimus, et primus e Vaticanis. Aristoph. και συ και συ.

100. *Praeverti*) Cistell. V. 8.

Praeverti hoc certum'st rebus aliis omnibus.

ACTVS TERTII

SCENA PRIMA

4. *Oculos effodiam*) Jocus parasiticus. Sic et Gelasimus in Sticho I. 3. 37.

Ei, hercle, ego verbo lumbos defractos velim.

et Miles in Trucul. II. 8. 8.

Vt ego suffringam hisce talos totis aedibus.

6. *Effertum*) Hanc vocem bini tantum Codices servarunt; ceteri enim omnes corrupti. *Effractum* dedit Merula, Valla, Saracenus, atque Aldus, quam lectionem ridicule Pylades contra Pium defendit, qui bene *effertum* legendum esse viderat.

13

13. *Qui lubenter* etc.) Aliter haec distinguuntur in vulgatis:

Qui, lubenter cum ederint, reddant domi.

Nostram vero lectionem sensus ipse manifesto requirit.

14. *Ipsi absonant*) Veteres enim obsonare illiberalis hominis esse putabant. Vide Theophr. περὶ βδελυρίας.

20. *Quis agit*) Exercuit criticos hic versus Duumviros illas sane eruditissimos J. Gulielmium et J. F. Gronovium. Quum enim Camerarius ex Codice suo edidisset; *quis ait hoc? aut quis profitetur inquam* etc. Gulielmius legendum arbitrabatur: *quis ait huc* (i.e. *veni huc ad prandium*) τὸ *profitetur* vero perinde accipiebat, ac si diceret *profitetur prandium*. Displicuit id tamen Gronovio, maluitque *se aut nomen profitetur*. Nos dedimus plurium Codicum lectionem, quae eadem est Editionis Lucae Olchinensis, Aldi, Longolii, et videtur sane Plautina. Frequens enim apud nostrum loquutio *hoccine agis?* i.e. *ad ea quae dico animum advertis? Profitetur* vero est *hoc profitetur*, i.e. me ad coenam esse vocaturum.

21. *Me rident*) Sic dixit frequenti apud bonos scriptores loquendi modo. Catull. 54.

Risi nescio quem modo in corona

et Terentius saepe: Adelph. IV. 7. 9. *Rideo hunc* etc. Noster quoque Stich. I. 3. 39. in pari negotio:

Heu ecastor risi te hodie multum

Vide Scaligerum ad Catulli 62.

22. *Vnum*) Παρέλκει, ut saepe alibi. Catull. 22.

unus Caprimulgus aut fossor Rursum videtur.

Noster Mil. III. 2. 11.

Demisit nardini unam amphoram cellarius.

23. *Menstruales epulas*) Frustra hic esse videntur tum Longolius, qui de coenis explicat, quas sufficiebant promiscue Romani singulis kalendis, tum Lambinus, qui eas intelligit quae in mensem satis essent. Potius videntur dapes in continuum mensem apparatae, i.e. quae per integrum mensem parasito praeberentur.

29 *Omnes compacto*) Ex συνθήματος. Vide Livium V. 11. atque ibi Drakenborchium. Nota autem sunt omnia de Velabro, qua quondam, teste Tibullo,

ire solebat

Exiguus pulsa per vada linter aqua;

unde et nomen ei obvenisse tradit Varro de LL. lib. 4. Vide

de quoque Ovid. Fastor. lib. V. Sedes ea fuit pistorum, et laniorum, uti patet ex Curcul. IV. 1. 22., quibus addere possumus ex hoc loco *olearios*. Casearias quoque Tabernas ibidem fuisse docet Martialis 11. 53. Xen. 32. etc. Plautum vero in Graeca comoedia, atque cujus πραγματα κειται in Aetolia, Romana admiscere, qui eum norit, mirabitur nemo.

32. *Barbarica lege*) Variam hic legem innui post Alciatum JCtum ceteri interpretes repetunt. Sed errant manifesto. Hanc enim legem, Variumque Plebis tribunum, qui eam rogavit, longe Plauto posteriores esse compertum est eruditis. Vide Anton. Aug. de legib. p. m. 148. seq. Neque hac lege aliquid statutum in eos qui concilium inissent, uti Cives vita e victu prohiberent, patet ex Valerio Maximo 8. 6. qui sic de ea: *Q. autem Varius — Tr. pl. legem — prorogavit: qua jubebat quaeri, quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent, magna cum clade Reip. Sociale prius, deinde civile bellum excitavit*. Plauti verbis magis convenire videtur, quod cavetur lege Julia de Annona, qua, ut ait Ulpianus l. 2. D. ad leg. Jul. de Annona, *poena statuitur adversus eum, qui contra annonam fecerit, societatemque coierit, quo annona carior fieret*. Quare vel de hac, si ejus latae tempus pateretur, vel de affini quadam alia certe noster est loquutus. *Barbaricam* vero, ut saepe, Romanam vocat, quam loquutionem nonnulli e recentioribus κακοζηλως imitare voluerunt. Vide Saxium Onom. litter. Tom.

35. *Meo arbitratu*) Sic Horatianus ille Staberius, cujus heredes

summam incidere sepulchro;
Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum arbitrio Arri etc.

37. *Decolabit*) Sic verissime hoc verbum esse scribendum vidit Gronovius, cujus pete notas ad hunc locum, et ad Livii 27. 17. Confer tamen quae habet Gesnerus aliique Viri docti ad Varron. de R. R. 1. 2., quorum tamen momenta non tanti videntur, ut a Gronovii opinione sit recedendum.

SCENA SECVNDA

8. *Inde illico*) Locus in vulgatis Editionibus corruptissimus. Gronovius conjecit: *inde illico revortor*; *domum postquam id actum est*, *eo*: in qua tamen lectione plura non μακρολογα tantum, sed et ταυτολογα. Acidalius vero criticorum audacissimus ratus τα *inde illico r.d.* et *inde abii* esse interpretamenta, sic refingebat:

... ergo syngraphum:
Datur mihi: illico dedi Tyndaro: ille abiit domum:
Postquam id actum est, *eo*
Protinus ad fratrem, *mei ubi sunt alii captivi*.

Ejus audaciam sequutus est et Brunckius. Nobis enimvero non licet esse tum disertis, qui, ut ille ait, musas colimus severiores. Veterem igitur lectionem Camerarii, quae sola ex omnibus hic locum suum retinere potest, reducendam duximus.

SCENA TERTIA

1. *Nimio*) Vett. edd. *nemo*, uti et Codices plerique, et sic quoque legit Gifanius Collect. ad Lucret. in *praevolit*.

2. *Spernuntque se*) Sic Douza erudite legendum esse conjicit ex Nonio Codd. tamen pene semper *me*, quam lectionem juvat ipse noster jam ab eodem Douza citatus Mil. IV. 6. 17.

Ille illas spernit, segregatque ab se omnes, extra te unam.

5. *Mantellum*) Vsi sunt hoc loco Veteres Grammatici Servius et Philargyrius ad Virgil. Georg. 4. 376. Vide plura in Gronovii notis.

7. *Deprecatio*) Mirum hoc verbum praeter Camerarianum e ceteris nostris Codicibus nullum servasse.

12. *Intro venit modo*) Est hoc ab editoribus codices verborum ordinem invertunt.

12. *Neque jam salus* etc.) Paria habet Mostell. II. 1. 4.

Nec salus nobis saluti jam esse, si cupiat, potest.

Vide hic Lambinum.

SCENA QVARTA

5. *Periisti*) Sic Veteres saepe ex Jctorum placitis. Noster Mil. II. 1. 41.

Prius perii, quam ad herum veni, quo ire occoeperam.

Ovidius de se exsule Trist. I. 3. in fine.

Vos animam saevae fessam subducite morti,
Si modo qui perit, non periisse potest.

10. *Proque ignoto etc.—quasi*) Plura sunt in Plauto, quae a ταυτολογιας nota vix liberes, uti et apud probos plurimos scriptores, ipso Cicerone haud excepto; quae tamen non ideo νοθειας vel minimam suspicionem possunt inducere. Quis est enim, qui vel Oratoris vel Poetae alicujus ingenium adeo angustis limitibus coercire velit, ut non eos aliquando praetergressum agnoscat oportet? Caussa igitur nulla erat, cur Cel. Wolfius in Ciceronis orat. pro Marcello illa culparet, quae in ipso initio leguntur: *Diuturni silentii—finem hodiernus dies attulit, idemque initium—dicendi*; eaque Cicerone crederet indigna. Vide tamen Cl. Vormium, qui orationem illam erudite Ciceroni asseruit Havniae 1803.8., atque Wolfio παντα περι παντων reddidit. Satis quoque iniquus est Faber, dum tentat illa Lucretii II. 33.

His tibi tum rebus timefactae relligiones
Effugiunt animo pavidae etc.

quae ei videbantur ταυτολογα: quasi similia in probis scriptoribus, nostro praesertim, plane obvia non essent.

18. *Morbus qui sputatur*) Epilepticum, quem et divinum vocatum tradit Apulejus in Apologia. Vide Plin. 27. 8. quem citant hic interpretes. Theophrastus quoque de δεισιδαιμονι: μαινομενον τε ιδων η επιληπτον, φριξας εις κολπον πτυσαι, ubi vide Casaubonum.

23. *Saluti fuit* etc.) Editt. vett. *s. f. atque iis profuit*. Camerarius: *saluti fuit, atque aliis profuit*. Nos vulgatam jam inde a Grutero lectionem probamus.

29. *Haud vidi magis*) Hanc scripturam servavit Codex Camerarii; ceteros mala manus corrupit. Vide similem loquutionem Merc. IV. 3. 24. praeter Amph. II. 2. 48.

30. *Alcmaeo atque Orestes*) Duo illi μητροκτονοι, quorum a veteribus saepe simul nomina proferri conspicias. Anacr. ode 31.

Εμαινετ' Αλκμαιωντε
Χ' ὁ λευκοπους Ορεστης.

P Qui-

Quibus tertium addidit Neronem versiculi illius auctor:

Νερων, Ορεστης, Αλκμαιων μητροκτονοι.

Vide Lucian. Dial. de Nerone, Sueton. in Neron. cap. 39. etc. Lycurgum vero Thracium intelligit, quem *actem* appellavit Virgil. Aen. III. 14.

32. *Planum*) Graecissat hic Plautus, si vera docent Codd. plures atque Editt. Vett., quae habent *phanon*, eadem prorsus acceptione ac Graecorum *φανον*. Pluries sane nostrum Graeca suis admiscere sat notum, ut Trin. II. 4. 17. *Ratio quidem hercle apparet: argentum οιχεται*. Et sic quoque inferius in hac ipsa Comoedia, et alibi saepenumero.

42. *Quem patrem, qui servos est?*) Nota enim veteris juris regula, servos cognationis, agnationisque juribus carere. Vide quem hic citant, Mercer. Opinion. 2. 18.

47. *Is te ludos facit*) Sic saepe noster Aulular. II. 2. 75. Bacch. V. 1. 4. Non sunt haec igitur cum Douza tentanda, quum praesertim Codicum omnium auctoritate firmentur.

51. *Bonis*) Pro *divitibus* hic poni bene docuerunt Interpretes, ut loquutus videtur quoque Terentius Phorm. I. 2. 65.

illam civem esse Atticam
Bonam, bonis prognatam.

ubi Donatus; *bonam, non vilem, quia boni non viles sunt*. Vide Gronovium observ. 4. 9.

53. *Aliquid pugnae edidit*) *Dare pugnam* dixit alibi Pseud. I. 5. 111., et sic quoque Terentius Eun. V. 2. 60. *Dabit aliquam pugnam denuo*; ubi vide Westerhovium.

60. *Quid ait*) Vti supra hoc idem verbum expulimus, atque in ejus locum *agis* revocandum esse vidimus, sic nunc iterum hoc loco injuria *ait* pro genuino *agit* videtur obrepsisse. Veram enim esse lectionem, quam Codices pene omnes agnoscunt; *heus tu quid agis? quin fugis?* nullus equidem dubito. Sic quoque habent Editi ante Camerarium.

64. *Atra bilis*) Μελαντερα χολη. Confer quoque nostri Amph. II. 2. 95. Hinc *μελαγχολωντα* pro insano dixit Aristoph. Plut. v. 12. et alibi.

66. *Hercle! quid etc.*) Haec est omnium Codicum lectio, atque priorum Editionum, etiam Camerarii. Recentiores ex Codice Camerariano, ut ajunt, ediderunt *Quid? quid etc.* Camerarianum tamen Codicem cum ceteris aliis consentire me docuit Cel. Marinius, et non nisi ab altera manu loco *του hercle* ad-

adscriptum *quid?* Haec tamen glossa adeo magni momenti non videtur, ut codicis ipsius, aliorumque omnium vincat auctoritatem.

78. *Tyndarus*) Codd. omnes mira consensione post *Tyndarus* addunt *longius*, quod verbum e posteriori versu excidit. Sic quoque Editt. ante Camerar.

81. *Quo*) Sic recepi ex Regii Cod. auctoritate, Lambinum sequutus, atque Cl. Brunckium. Gronovii editio habuit *quod* ex Cod. Camerarii.

82. *Ornamenta*) Perperam Codd. quidam *hortamenta*. Legebant alii *Armenta*, et sic dedit Merula ad Ajacem μαστιγοφόρον certe respiciens. Vera lectio est *ornamenta*, quae propria sunt histrionum, unde Choragus apud nostr. Curcul. IV. 1. 3.

Ornamenta, quae locavi, metuo, ut possim recipere. . .

et Pers. I. 3. 79.

SA. *Unde ornamenta?* TO. *Abs chorago sumito.*

84. *Inter sacrum saxumque*) Usus est hoc proverbio, de cujus sensu vide hic Gronovium, etiam Apulejus Metam. lib. XI.

93. *Deliquio*) Dixit in Casina *deliquium* II. 2. 33.

Quando tibi nil domi deliquium est.

De vi ipsius verbi vide Varron. de L. L. lib. 6.

99. *Num ego etc.*) Haec verba Edd. veteres, uti et Codices quidam perperam dant Aristophonti. Tyndari enim esse sensus ipse docet clarissime.

103. *Dierectum*) Insolens hoc verbum, nostro tamen satis familiare, monstra illa in Vett. Codd. peperit: *die ereptum, dic erectum, dic rectum etc.* Ridicule vel Festus, vel ejus glossator Paulus: *dierectum dicebant per antiphrasin, volentes significare malum diem*. Rem acu tetigit Salmasius, qui ejus verbi explicationem ex Graeco fonte repetendam esse docuit. Vide quae ex eo ad hunc locum adnotantur.

108. *Deartuatus*) Citavit haec verba Nonius II. 203. uti ea quoque quae leguntur infra Sc. seq. v. 14. Mox probo *deruncinatus*, quod est in melioribus Codicibus; quamquam plures habeant *aerumnatus*, quae fuit quoque lectio Edd. Vett. etiam Camer.

115. *Aliquantum*) Vel hoc loco παρέλκει, uti apud Terentium alibi, vel, si mavis, cum *crispus*, quod sequitur, est conjungendum.

122. *Nucleum amisi*) Proverbium, cujus patet significatio. De putamine vide ad illa Petronii Satyr. Cap. 33. p. 181. Burm. *persecutus putamen manu etc.*

SCENA QVINTA

1. *Injicite etc.*) Brunckius Lambinum sequutus addidit *a-ßlutum*, quod tamen nullius ex Codd. agnoscit, atque est manifestum versus supplementum.

3. *Sator, sartorque*) Habet haec Nonius 1.24. *Sartores dici non solum a sarciendo, verum etiam a sarriendo. Plautus Captivis: Sartor satorque scelerum et messor maxume. Et in subsequentibus aperuit. Non occatorem prius debebas dicere; Nam semper occant priusquam sarriunt rustici.*

4. *Nonne etc.*) Recepi hanc lectionem ex auctoritate Nonii, pluriumque Codd., quamquam legatur in vulgatis, uti et in membranis quibusdam *audebas*, corrupte, ut videtur.

7. *Decet etc.*) Pseud. I. 5. 45.

Decet innocentem, qui sit, atque innoxius,
Servom superbum esse apud herum potissumum.

10. *Tu has*) Sic praeter Codices habent quoque Veteres editi. *Tuas* autem, quod ex Vaticano & receperunt, nescio quomodo mihi maxime frigescit.

31. *Clueas gloria*) Hanc lectionem, quam Plautinissimam esse nemo sanus est, qui dubitabit, solus Camerarianus e nostris Codicibus servavit.

32. *Qui per virtutem etc.*) Iterum his utitur Nonius 5. 4. *Perire et interire plurimum differentiae habent; quod perire levior res est, et habet inventionis spem, et non omnium rerum finem. Plautus Captivis: Qui per virtutem perit, at non interit.* Nonii autem lectio, quam firmat etiam Regius, non est omnino aspernanda. Eleganter enim Veteres τὸ *at* utuntur, quum duo inter se contraria opponunt.

53 *Exemplis*) Sic quoque Plato poenas quasdam παραδείγματα vocavit. Vide, quem hic citant Interpretes, Gellium 6.14. Ovidius in Ibin v. 401. de Busiride:

Frater ut Antaei, quo sanguine debuit, aras
Tinxit, et exemplis occidit ipse suis.

Noster Mostell. I. 3. 35.

Dii Deaeque omnes me pessumis exemplis interficiant.

Vide quoque Terent. Phorm. IV. 4. 7.

34. *Sutelas*) *Consutos dolos* dixit alibi Amphitr. I. 1. 211. et sic quoque pro viro fraudolento ἱστιοῤῥαφος apud Aristophan. θεσμοφορ. p. m. 806.

36. *Interduo*) Haec profecto est lectio Plautina, quamquam Codices habeant *interdico*, quod neque displicuit Scaligero.

38. *Et sic etc.*) Codices meliores, et ipse Camerarianus habent hoc loco; *et sicut confido, afforet*. Hos tamen despiciunt hoc loco Eruditi, qui versus integritati potius consultum volunt.

60. *Novitium*) Νεώνητον δοῦλον vocavit Xenophon Ephesius III. 12. pag. 74. Locell. Sic quoque *novitiae puellae* apud Terent. Eunuch. III. 5. 34. et *novitius famulus*, uti se ipse vocat Lucius ille Apulejanus Metamorph. lib. VIII.

65. *Latomias*) In eas enim servi a dominis conjiciebantur, quod patet quoque e nostri Poenulo. De nominis vero ὀρθογραφίᾳ vide quae habent Viri Docti ad Liv. 37. 3.

67. *Quotidianus*) Tentabat Lipsius *quotidiano*. Sed recte Aelius noster: *Quotidianus ut matutinus*: *nec minus Aeneas se matutinus agebat*.

Sesquiopus) Sic quoque apud Columellam 2. 13. *sesquiopera*, et similia alibi. Vide quae habet Budaeus de Asse lib. I. init. pag. m. 10. 11.

70. *Perduis*) Jocatur in varia hujus verbi significatione, uti alibi Asin. III. 3. 30. 31. Epid. I. 1. 55. Par quoque lusus Epid. V. 1. 13;

ST. *Ego te servabo*. EP. *Edepol me illi rectius, si nactifuant*.

76. *Compedes*) His enim vinci qui ad lapicidinas damnabantur patet etiam ex l. 9. D. ex quibus causs. maior. restit. *Vinculorum appellatio latius accipitur*: *nam etiam inclusos, vel sti lautumiis, vinctorum numero haberi placet*: *quia nihil interfit, parietibus, an compedibus teneatur*.

79. *Qui deterius*) Hanc lectionem tuetur solus Camerarianus. Ceteri *quid*.

83. *In morte*) Heinsius conjecit *in sorte*; displicebat enim bis *mortem* repeti. Sed profecto non eget tali medicina Plautus, abhorrentibus praesertim Codicibus. In morte enim, ait, nihil est mali, quod post mortem timeas.

92. *Vis haec etc.*) Sic et Terentius, quamquam non eodem plane sensu Adelph. V. 8. 20.

AES. *Nonnisi te exorem*. MI. *Vis haec quidem est etc.*

94. *Documentum*) Proba vox est, de cujus γνησιότητι frustra dubitavit Gruterus ad Cicer. epist. 15. ad Brut. Vide quae affert Gronovius Observat. 4. 11.

97. *Offrenatum*) *Offerre natum* Codd. Edd. Vett. et ipse Camerarius. Veram lectionem primus vidit Gulielmius

104. *Quod hoc est scelus?*) Terent. Eunuch. II. 3. 33.

Neque quemquam hominem esse ego arbitror, cui magis bonae
Felicitates omnes adversae sient.
Quid hoc est sceleris? perii.

Vnde *scelestus* pro infelici apud nostrum saepissime Asin. II. 4. 70. Casin. III. 5. 34. Cist. IV. 2. 17. Most. III. 1. 1. etc.

ACTVS QVARTI

SCENA PRIMA

2. *Opimitates*) Habet haec Nonius 11. 596. ex quo patet vera hujus vocis scriptura, quae in Codicibus est corruptissima. Ea iterum utitur Aulular. II. 2. 16. ubi etiam e Tacconn. alter habet *obtumitates*, alter *obtinitas*.

8. *Sine sacris hereditatem*) Sic quoque Trin. II. 4. 83.

Coena hac annona est sine sacris hereditas.

et Stich. II. 2. 60.

Iam non facio auctionem; mihi obtigit hereditas.

Vide quae habet Festus V. *sine sacris hereditas*.

Aptus) Asseruit hanc lectionem Gifan. Collect. Lucret. quamquam plures Codices habeant *adeptus*. Sic quoque Catullus 65.

Qui dum aliquid cupiens animus praegestit apisci

et sic saepe Lucretius.

13. *Aeternum cibum*) Nugatur Boxhornius, dum de cibo effertissimo atque uberrimo haec interpretatur. Ait enim, ni fal-

fallor, Parasitus, se ob laetum nuncium semper ab Hegione ejusque gnato altum iri.

SCENA SECVNDA

4. *Hodie*) Deest haec vocula a plurimis Codicibus, et ab Editt. vetustioribus.

7. *Ductus*) Nulla est causa, cur Douza malit hic *doctus*. *Ducere* apud veteres pro *fallere* saepissime: Terent. Andr. IV. 1. 25. *Etiam nunc me ducere istis dictis postulas?* ubi vide quae affert Westerhovius.

13. *Ore sistet*) Sic dixit alibi *capite sistet*. Curcul. II. 3.8. et lepide Mil. III. 2.36. (si tamen satis emendate legitur hic locus)

Hui! illecebrose, capite sistebas cadum.

ubi vide notata.

16. *Nam meus etc.*) Proferunt hunc versum Nonius et Statii Scholiastes ad lib. IV., qui tamen perverse legit:

Nam meus est balista cubitus, pugnus catapulta est meus.

quae lectio, quamquam eam maxime probarit Theodorus Marsilius in XII. Tabular. interpret., nulla tamen est caussa, cur vulgatae, quam Nonius quoque firmat, praeferatur. Nugatur sane Marsilius, dum hunc versum fusius explicare conatur contra Lipsium, qui recte docuerat, balistam hic et catapultam non tam ipsa tormenta esse, quam tela vel saxa ab iis ejecta, quod praeter plura exempla ex ipso Plauto occupata jam a Lipsio, adstruit clarissime Nonius 18. 1., dum catapultam *jaculum celer vel sagittam* definit, et quem citat Nonius, Titinius hisce verbis: *Quem procul aspexit immittere voluit, revortit, quoniam catapulta volat.* Vltimam hujus versus vocem praeter unum e Vaticanis, Codd. nostrorum nullus servavit, neque sane agnoscunt Edd. Merulae, aliaque.

20. *Faciam etc.*) Vt plura a nostro sic hunc versum integrum mutuatus est Terentius Eun. IV. 7. 31.

Si quidquam hodie hic turbae coeperis,
Faciam ut hujus loci, dieique, meique semper memineris.

21. *Extemplo*) Abesse hoc verbum facile paterer, quod non agnoscunt nisi tres tantum Codices Laurentiani, neque habent Edd. vett. nonnullae.

26.

26. *Imperiosior*) Quin haec vera sit lectio nullus equidem dubito. Legebatur antea *impensior*, quod habent Codd. plerique, in his et Camerarianus a prima manu, neque id verbum displicuit Meursio. Probam lectionem integram servavit praestantior e Codd. Regiis.

27. *Furfuri sues*) Est hoc e conjectura Camerarii, quem sequutus est Ger. Io. Vossius; qui sic in Veteribus libris ait invenisse. Codices quidem nostri etiam optimi servant perpetuo *furfure*, quod tamen Pedia lex pati non videtur.

35. *Subbasilicanos*) Ἀγοραίους homines intelligit Casaub. ad Theophr. Char. 16., quos Cicero appellavit *circumforaneos*. Porro quod genus hominum Romae sub Basilica versaretur, docemur ab illis in Curcul. IV. 1. 11.

> *Ditis damnosos maritos sub Basilica quaerito;*
> *Ibidem erunt scorta exoleta, quique stipulari solent.*

Codd. plerique etiam Camerarianus *sub basilica nos*. Mox pro *abigit* rectius, ni fallor, prior e Regiis, *adigit in forum*.

36. *Sirpiculis piscariis*) *Sirpiculas istos*, quas a *sirpando* dictas recte docuit Scaliger ad Varron. de L.L. l. 4. sunt quas alibi Stich. II. 1. 17 *sportulas piscarias* appellavit, Theocrito, vel cuivis alii, qui Idyllii illius Ἁλιεῖς inscripti est auctor, καλαθίσκοι. Quod addit *piscarias* otiosum ne credas. Sirpiculas enim ad alios usus translatas docet Propert. IV. 2.

> *Sirpiculis medio pulvere ferre rosas*;

ubi vide notata a Burmanno juniore in praestantissima Propertii editione, quam curavit vir μουσικώτατος Laur. Santenius Trajecti A. 1780.

38. *Concinnant etc.*) Nescio, an si omnia legas, quae ad hunc locum habent interpretes, non sis cum Terentiano illo exclamaturus: *fecistis probe! incertior sum multo, quam dudum*. Liceat hic igitur, quae sit auctoris mens, accuratius inquirere. Principio constat, quod perperam negavit Salmasius, agninam carnem despectui habitam a Romanis; quod Turnebus Philonis quoque testimonio comprobavit, quum Horatii illud commentaretur

> *tabulas caenabat omasi,*
> *Vilis et agninae.*

Queri hic igitur videtur parasitus, quod maximam agnorum vim

vim caederent lanii, quo pacto interpretanda sunt illa, *qui concinnant liberis orbas oves*, ubi τὸ *concinnant* est *faciunt*, *reddunt* etc. eodem pacto ac loquutus est Amphitr. I. 3.31., et alibi. Quod ait agnos caedundos locare lanios, recte explicuit Gronovius observat. I. 20. quem pete; atque idem est ac si diceret; *qui agnos vendunt, simulque operam suam* (illos videlicet caedundi) *locant*. Atque uti qui vendebant agnos, locare dicebantur, sic contra qui emebant, conducere. Vide nost. Aulular. III. 6. 31. Illud tamen quod subdit *et duplam agninam danunt* Oedipum suum adhuc requirit; nam quae Turnebus, ac Salmasius attulerunt, vix memorari merentur. Rectius forsan Palmerius *duplam agninam* pro agnorum grandiorum carne, ac qui jam ablactati essent, interpretatur, ut illa: *duplex pannus*, *duplex ficus* pro crassiori etc. Summa igitur querelae, ni fallor, haec erit, lanios agninam carnem plus nimio obtrudere, quod aegre fert parasitus, qui magis ovilla atque suilla delectabatur. Sed et illud in laniis carpit, quod petroni vervecis nomen inderent, i.e. eorum carnem pro vervecina supponerent. Verissime autem, ni fallor, Gronovius *sectario* cum *petroni* conjungendum esse affirmavit, neque vim verbi intelligebant, qui cum vervece (i.e. ut ait Varro, *ovi mare*, *cui demti testes*) conjungebant. Sectarius est enim, quem alibi vocavit Plautus *admissarius* Mil. IV. 2.19. qui gregem init, ut bene idem Gronovius; quod inepte Festi glossator Paullus interpretabatur: *Sectarius vervex*, *qui gregem agnorum praecedens ducit*.

41. *Ora verberabo etc.*) Revocant haec in memoriam Apuleji narrationem de Pythea illo, qui ut ait, annonam curabat, et aedilatum gerebat, cujus ridiculam in piscatorem animadversionem legimus Metam. lib. I. erga finem.

43. *Eugepae*) Codd. nostri etiam hoc loco semper *euge*.

44. *Agoranomum*) Hic enim apud Graecos annonae curam gerebat. Vide Aristoph. Ἀχαρνεῖς

46. *In portu cibus*) Habet haec Priscianus, qui docet *cibus* veruste pro *cibi* (quod tamen servat Reg. 1.) positum fuisse. Aliter tamen distinguit Gronovius, quem vide.

48. *Qui homine*) Brunckius contra omnium Codicum atque editorum consensum legit: *qui homine hominum adaeque nemo vivit fortunatior*.

51. *Hasce ambas fores*) Mostell. II. 2. 23.

Pultando pedibus pene confregi hasce ambas.

ubi vide quae habent Viri Docti.

52. *Vel assulatim*) Nonius 2. 31. dum hunc versum citat *so vel* non agnoscit, quod ejecit quoque ex editione sua Brunckius, a que equidem abesse facile paterer. Quod noster autem, et Naevius apud eumdem Nonium dixerunt *assulatim*, id *assulose* Plinius Hist. Nat. XII. 48.: *meliorque qui minus fragilis, et qui assulose potius, quam raphani modo frangitur*. Plautus dixit alibi Merc. I. 2. 20.

At etiam cesso foribus facere hisce assulas.

61. *Maculas moerorum*) Sic dixit, ut *flagitiorum maculas* Cicero

67. *Foculis*) Hoc verbo Lambinus malebat non *foculos* significari, sed *focula*, i.e. ut ait Nonius *nutrimenta*. Sensui magis accommodari posset quod idem conjicit *coculis*: sunt enim *cocula*, ut Festus ait, *vasa aenea coctionibus apta*. Sed vulgata mutanda, invitis membranis, non videtur; et *foculos* accipe a *foci* diminutivo *foculus*, uti apud Gell. I. 19. etc.

70. *Scis bene esse, si sit unde*) *Bene esse* est Plauto *laute accipi*, ut bene hic interpretes ex Most. 3. 2. et Men. 3. 2. docent. Adde Bacc. I. 1. 51. etc.

Ophthalmia) Oculis vicinam carnem credebat Turnebus Adv. 14. 18. ut cephaleam pro capitis carne dixit Lucilius. Rectius qui piscem ducunt, affini denominatione Graecorum βουφθαλμος.

71. *Horaeum*) Salsamenti quoddam genus esse docuit Athenaeus lib. III. ex quo uti et Apicio recitant Interpretes. Fuisse autem maxime exquisitum docebit apud eumdem Athenaeum Archestratus ille ὁ (ut inquit) περιπλευσας την οικουμενην της γαστρος ἑνεκα, και των ὑπο την γαστερα; hisce versibus:

Αν δ' αφικη κλεινου Βυζαντιου εις πολιν αγνην,
Ωραιου φαγε μοι τεμαχος παλιν· εστι γαρ εσθλον,
Και μαλακον, κ.τ.λ.

Mollem caseum) Τυρον χλωρον. Vide Athen. p. 139. Dalech. et Notas ad Petron. Cap. 66.

81. *Agnum proprium, pinguem etc.*) *Sacrum* appellasse videtur Tibullus 2. 1.

Cernite fulgentes ut eat sacer agnus ad aras.

86. *Esurire mihi videre etc.*) Jocandi genus saepe Plauto familiare, Asin. III. 3. 35, V. 2. 80, IV. 4. 6. quod aliquando haud intellectum, in turpes errores conjecit interpretes. Sic Vir ceteroquin Summus J. F. Gronovius ineptiis sane ad ea, quae in Menaechmeis leguntur IV. 2. 82.

Pal-

Palla est mihi domo surrepta. ME. *Palla surrepta est tibi?*
PE. *Viden' ut scelestus captat? huic surrepta est non tibi?*
Nam profecto tibi surrepta si esset, salva nunc foret.

Hanc lectionem plures corruptam ducunt atque mutant; in his quoque Brunckius; si quid tamen video integra sunt verba, quorum hic est sensus. Ait mulier, pallam surreptam esse sibi (i.e. a se) domo. Id quasi admirans Menaechmus respondet *palla s. e. tibi?* quo verbo arguatur, nam τὸ *tibi* hic non intelligit *a te*, quod mulier dixerat, sed *in tuum usum*. Videt haec parasitus, aitque mulieri; non *tibi* (i. e. in usum tuum) surrepta est palla, sed *huic* (i. e. in hujus Menaechmi usum, vel si mavis Erotii) nam si *tibi* (in usum tuum) surrepta esset, salva nunc foret. Sic ea verba omnino censeo capienda, neque mutandam lectionem temere, quod nuper quoque fecit Brunckius.

87. *Patior*) Αἰσχρολόγως haec dicta bene vidit hic Gruterus.

90. *Nunc tu mibi places*) Recte haec verba parasito dat Gronovius, qui etiam quo pacto ea sint intelligenda, docebit.

94. *Celoce*) Habet haec et Nonius: *Celox est navigium breve, dictum a celeritudine. Plautus Asinaria: Unde sumam? quem intervortam? quo hanc celocem conferam? Idem Captivis: Vidi in publica celoce, ibidem illum adolescentulum &c.*

97. *Sancta Saturitas*). Deam hanc parasiticam non aliam profecto Coeli regionem incolere crediderim, quam sacra illa ἀδδηφαγία, cujus templum in Sicilia esse docuit Aelianus. Vide ejus Var. hist. I. 27.

107. *Si quoius &c.*) Haec est lectio Codd. pene omnium, Veterumque editionum. Camerarius ex suo Codice, cujus lectionem cum ceteris ad hunc locum exhibuimus, edidit: HE. *Siculus.* ER. *At nunc Siculus non est: Bojus* etc.; quod qui malint, habeant sine invidia. Mihi sane conjecturis temperandum esse videtur, quum Codices meliora praebent. De Boja vide Asin. III. 2. 5.

114 *Vise ad portum*) Elegans dicendi modus bonis auctoribus frequens. Vide Gifan. Collect. Lucret. et Vulpium ad illa Catulli.

Varus me meus ad suos amores
Visum duxerat e foro otiosum.

115. *Cellarium*) I. e. *cellae* vel *cellarii* praesidem. Vide Mil.

Mil.III.2.11. Erat enim *cellarium*, Isidoro teste, locus, in quo ministeria mensarum colligebantur, vel quae necessaria victui supersunt. *Penuariam cellam* dixit Cicero de Sen. 16.

116. *Mantiscinatus*) Displicuit haec lectio Salmasio, cui quoque plaudebat Menagius in Amoenit. juris atque refingere voluit *panticinatus*, quae opinio Brunckium qui eam sequutus est, invenit. Vulgata tamen optimorum Codicum nititur auctoritate, neque incommodum sensum habet *Pugnis* autem *pectere* dixit quoque Men. V. 7. 28.

117. *Dapinabo*) Menagius malebat *dapsilabo* απο του δαψιλος. Forsan vero propius insolens hoc vocabulum explicuit Vossius.

SCENA TERTIA

2. *Praetruncabo*) Sic receperunt ex Vatican. 8. E ceteris quidam *detruncabo*, et sic quoque Langiani, plures *pertruncabo*.

4. *Sumini*) Et hoc enim inter lautiora fercula refertum docet Martial. 7. 77. qui vocavit alibi mammas suminis 2. 37. V. Nonium, et notas ad Petron. Cap. 36.

7. *Ad praefecturam*) Hanc lectionem habent e Vaticanis quidam et Tacc. 1. diserte; nam altera lectio, quae in plerisque est, *ut praefecturam*, etc. vix est ut sensui respondeat. Mox conjungit Gronovius, *ut jus dicam* etc.

8. *Eis*) Vix est ut locum suum retineat contra plurium Codicum consensum, qui legunt, *ut quae pendent indemnatae, pernis auxilium feram*, a quibus non video qua de caussa sit recedendum.

SCENA QVARTA

1. *Lupus*) Sic et Ennius, quem citant hic Interpretes. Porro ut lupum vocat noster Ergasilum, sic leoni Chaerophontem suum assimulat Matron parodus apud Ath. pag. 136. Dalech. Ηπτις δ' αὐτὰ λέων; atque urso Moenium illum Hor. Ep. I. 15., qui

tabulas coenabat omasi,

Vilis et agninae, tribus ursis quod satis esset.

6. *Totum cum carne carnarium*) Asseruit hanc lectionem, commentitiasque quorumdam de hisce verbis opiniones profligavit Heinsius ad Ovid. Metamorph. Lib. VIII. v. 541. Carna-

narium vero non esse tabernam carneariam, quae laniena vocabatur (vide Varron. De L. L. lib. 7.) sed locum, ubi carnes reponebantur, sat compertum eruditis. Vide Petron. p.593. et 293, et Pseud. I.2.66.

9. *Striae fervescere*) Codd. omnium solus veram lectionem retinuit Ambr. 1. Ceteri enim *feri*, quod pro nescio quo cibo delicatissimo interpretantur.

12. *Si sese uti volet*) παρέλκει altera vox, bene monente Gronovio. Vix digna memoratu quae ad hunc locum ceteri interpretes.

ACTVS QVINTI

SCENA PRIMA.

4. *Quae*) Nulla est caussa, cur malit Acidalius; *quas, dum te carendum hic fuit, sustentabam*, et sic quoque Brunckius. Asseruit enim vulgatam Cramerus in Disp. jur. Civ. etc. et Gronovius observ 3.2. quamquam adeo Plautino eloquio indignam visam Criticorum illi audacissimo, ut totum versum inducendum censeret. Sic tamen saepissime probi scriptores. Vide Burmann. ad Phaedr. 4. 1. 5.

8. *Oh!*) Codd. *hr*, ex quo Editores, qui vix ultra Palatinorum lectionem sapere videntur, fecere: *Et lacrumis macerari. Ha! satis etc.* Est haec lectio e manu Gruteri. Neque ea tamen contentum fuisse emunctae naris virum Gronovium vel ex eo patet, quod bis locum tentat. Legendum enim suspicatur: *hoc (satis jam a. T. a. a. p. m. q. m.) hoc agamus*, vel quod profecto verissimum duco, ac Plautinissimum: *oh! satis jam audivi etc.* Illud vero non viderunt Editores haec verba non esse Hegionis, sed omnino ejus filii Philopolemi; cui dat quidem praeter ambo Regios, Vaticanus 5. et in editione sua Brunckius. Nam quum is a patre iterum videret hic miserias suas expostulari, quasi indignaturus, *potius*, ait, *aliud pater agamus, satis enim ad portum tuas aerumnas audivi*.

23. *Et te nolim succensere*) Sic opt. Reg. 1. habet diserte, quae certe lectio vulgatae praeferenda videtur. Nam et fere omnes Vaticani habent *te*, etsi perperam τὸ *noli* sequenti versu servent.

27. *Libellam argenti*) Argenteum numum fuisse ex Varrone

ne de L.L. lib.4. docent plures. V. Budaeum de Asse lib. I.p. m. 106. 107. Eum tamen Varronis aetate ex usu jam recessisse colligi posse videtur ex ejus verbis: *Nummi denarii decuma libella quod libram pondo as valebat, et erat ex argento parva*. Quare non mirum, si nostra aetate libellam hanc conspicere non datur, quae cum vel a Varronis tempore ex usu desiisset, sequiorem certe aetatem non tulit. Vide plura apud Cel. Eckhel. Doctr. Num. Vet. Tom. V. pag. 17. Romanorum *libellae* respondebat forte Graecorum *γρυ*, quod definit Suidas *numulum*, unde illa apud veteres *οὐδὲ γρυ*. Extat quidem aeneus minimi moduli numus cum typo equi atque epigraphe ΓΡΥ, quem primus edidit Combe Mus. Hunter. p.148. atque Grumento Lucaniae oppido adscripsit. Vide lector, an non alius sit quam Suidae illud *γρυ*, atque ad aliam quamdam Italiae Civitatem pertineat, forsasse ad Arpos, quibus equi typus maxime convenit.

31. *Statua verberea*) Sic quoque Pseud. IV. 1. 7. Plures tamen Codices *verveces*, quod qui malit, amplectatur. Vide nostr. Cas. III. 2. 5. Merc. III. 3. 6. et Petron. C.57. ibique Burmannum.

SCENA SECVNDA

8. *Quod ego fatear etc.*) Vera haec est lectio, quam retinuerunt optimi ambo Codd. Plautini Camerarianus scilicet, et Reg. 1. Ceteri; *quid ego fatear*? inepte.

13. *Morigerus*) Quid sit *puer morigerus* vel *mulier* docet alibi noster Casin. V. 2. 20. unde et *tibi morigerare cum uxore*. Amph. III. 3. 26.

24. *Per tuum te ingenium*) Sic Camerarianus, praeter quem et alii quidam Codd. habent. Longe tamen melior videtur aliorum lectio, qui habent *per tuum genium*, per quem adjurare convenientius, quam per ingenium. Vide Apul. Met. lib. VIII. Petron. cap.75. aliosque plures. Hanc igitur lectionem, quae est Vett. Edd. Camer. quoque, atque Brunck., restitui. Erunt fortasse qui hanc Scripturam *per tuum genium* corruptam ducent, ac restitui mallent *per tua genua*, quam lectionem servavit noster Trucul. 4. 7. 52. seq. Rud. I. 5. 16. Curcul V. 2. 31. Vide plura in notis Hesselii ad Enn. p. 296. Expresserit tum Plau-

tus

tus Graecorum τρεις γονατων. Aristoph. Ιππ. v. 1294. Αχαρν. v. 413. Eurip. Ιππολ. v. 607.

SCENA TERTIA

5. *Parvulum*) Praeferrem quidem vulgatae lectionem optimi Regii, qui habet:

nam tibi quadrimulum

Tuus pater peculiarem parvolo puero dedit.

Quasi enim abundaret το parvolum, cum supra dixisset quadrimulum,

6. *Si vera dicis etc.*) Quod Codex idem haber: *si vera memoras, memorandum est mihi*, vulgata longe praestare videtur.

20. *Ornatus haud etc.*) Diserte hanc lectionem retinuerunt Vatic. 6. et Ambros. 1. Ceteri legunt *audax suis virtutibus*, vel *viribus*, et sic quoque Vett. Edd. et Camerar. Veram lectionem vidit jam Muretus.

SCENA QVARTA

1. *Acherunti*) Hanc scribendi formam asseruit Gifan. in Collect. Lucret., opportune advocato in suas partes Prisciano l. t. III. 37.628. atque eodem pacto scriptum se invenisse testatur in vet. libro Nepotis in Dion. Cap. 10.

7. *Qui me delectet*) Sic receperunt post Camerar. Aliter tamen habent Codd. e quibus legendum omnino videtur *quae me delectet*, vel, quod magis placet, *qua* (vel *qui*) *me delectem*.

11. *Quia*) Eleganter hoc loco pro *quia* habet *qui* Codd. nonnulli.

18. *Quid etc.*) Arrisit nonnunquam haec verba potius danda esse eidem Philocrati, atque hoc pacto legendum:

Quin hujus filium intus eccum fratrem germanum suum.

Et profecto magis haec lectio, nisi fallor, iis quae sequuntur, apta esset. Non tamen favent membranae.

27. *Per nebulam*) Eodem pacto dixit et Pseud. I. 4. 48. *quae quasi per nebulam nosmet scimus atque audivimus.*

Glex Camerar. aliique, quod, servant alibi: Noster saepius quoque sic loqui amat. Vide Pseud. v. ult. etc.

2. *Subagitationes*) Hanc veram lectionem primus reduxit Camerarius. Vid. nostr. Mil. V. 9. Merc. I. 2. 20.

FINIS COMMENTARII

Ad prolog. v. 10. seqq.

EXCVRSVS I.

Est in hujus Comoediae prologo elegantissima illa ad quemdam e spectatoribus αποστροφη, cujus quidem sic habent verba:

Jam hoc tenetis? optimum est.
Negat, hercle, ille ultimus. accedito.
Si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules,
Quando histrionem cogis mendicarier.
Ego me, tua caussa, ne erres, non rupturus sum.
Vos, qui potestis ope vostra censerier,
Accipite reliquom etc.

Vix est ut quid adjuvent Interpretes ad horum sensum deprehendendum, quem subobscuriorem esse, ac commentario egere, nemo, puto, facile negaverit; vaga enim afferunt ac jam cognita, quasi per se auctoris mens pateat. Non igitur poenitebit quaedam adnotare, quae his verbis lucem affundere videntur.

Principio nondum Romanos Plauti aevo stabilibus usos esse Theatris, sed ligneis illis, ac temporariis, vel, ut Graeci appellabant, ικριοις *a*), ac qualia celeberrima illa Scauri fuerunt, ac Curionis *b*); id in compertis habemus; primus enim Pompe-

---

a) Hesych. et Suid. in ικρια etc.)

b) Confer. de utroque quae habet Plinius Histor. Natur. lib.

pejus Theatrum aedificavit, ut passim docent scriptores *c*); quare quum verosimile non sit, *ικρια* illa, seu tabulata forma prorsus eadem fuisse, quae in Theatris stabilibus est inducta, atque aliunde eorum constructionem minime perspectam habeamus; ideo non mirum, multa, quae ad ea referuntur, nos assequi non posse, adeoque nec certum tenere.

Quod indubio constat, in illorum gradibus Senatus cum populo in promiscuo spectavit ad V.C.A.IↃLVIIII.Coss. P.Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo; quo demum anno Sex. Aelii Poeti, C. Cornelii Cethegi Censorum jussu ab Aedilibus Curulibus loca Senatoria secreta a populo fuerunt *d*). Ac anno insequenti IↃLX. L. Cornelio Merula, Q. Minucio Thermo Coss. cum Megalesia, ludos Scenicos Aediles curules facerent, primum Senatus a populo secretus spectavit *e*). Nihil immutatum videtur ad V. C. A. IↃCXC. M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss., quo lege, quam tulit L. Roscius Otho Tribunus Plebis, e cujus nomine Roscia audiit, cautum, ne cui in quatuordecim gradibus, qui loca Senatoria sequebantur, assidendi jus esset, nisi cui CCCC. sestertia census fuisset *f*). Sic primum equites a plebe divisi, se-

lib. XXXVI. C. 2. et 24. Porro mirabilem Theatri Curionis constructionem Plinii verbis explicandam, pictisque tabulis illustrandam post Com. Caylus in Histoir. de l' Acad. des Inscript. et belles lettr. Tom. XXIII.pag. 359 suscepit praeteritis annis quoque Cl. Weinbrennerus Germanus Architectus, cujus explicationem diario Germanico (Mercure Allemand) intulit Cl. ejus redactor Boëttigerus, ex quo Francice translata in Penum Encyclopaedicum (Magasin Encyclopedique Tom. VI. p. 289. seqq) migravit. Video ibi a Cl. Boëttigero desiderari, ut quo tempore in Romanis Theatris sedes cuique ordini suae sint tributae, quanto fieri potest certius, ab eruditorum aliquo statuatur.

c) Vide PLIN. lib. VIII. c. 77. etc.

d) LIV. 34. 44. VAL. MAXIM. 2. 4.

e) LIV. 34. 54.

f) Saepe de hac lege Veteres. Vide PLIN. Hist. Nat. 7. 31. JUVENAL. Sat. 3. v. 152. HORATIUS saepe Ep. 1. 1. et Epod. Od. 4. v. 16. ASCON. in Orat. pro Cornel. PLUTARCH. in Vita Cicer. MARTIAL. I. 27 TACIT. lib. 15. SUETON. in Aug. 14. DIO. lib. 26. et ipse hujus legis, ut ex Plinio patet suasor CICERO pro Muraena, et Phil. II. Cap. 18. Adde VELLEIUM lib. 2., qui tamen quasi et ante Roscium simile aliquid esset receptum, sic ait: *Roscius lege sua equitibus*

sedes sibi peculiares obtinuere. Hanc ipsam legem vetustate obsolescentem revocasse videtur lex Julia Theatralis, ut a Plinio *g*) dicitur, quam a Julio Caesare latam ad dictum Plinii locum suspicatur Harduinus, etsi Plinii verba cum Suetonii loco contendens, vix induci possum, ut credam, non de una eademque lege utrumque esse loquutum *h*). Obsoletas hasce leges iterum restituit Domitianus, quum Censoris munus assumeret, ut quivis in Martialis lectione non hospes, ex multis ejus epigrammatis, profecto noverit *i*).

Ex dictis ergo patet, Plauti aevo populum cum senatu, adeoque et equitibus in promiscuo spectasse, eo vero adhuc in vivis agente, Senatum primum A.V.C. IↃLIX. ut jam diximus, peculiares sedes obtinuisse *k*). Nulla tamen συγχρόνου cujusdam scriptoris auctoritate, quam quidem noverim, evinci potest, capite censos, mendicos, aliosque, qui in censum non venirent, a populo secretos e superioribus theatri gradibus, vel, si mavis, e porticu superiori spectasse. Res satis comperta e posterioris aevi scriptoribus, e quibus nihil magis notum versibus illis Calpurnii *l*):

Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste
Inter femineas spectabat turba cathedras.
Nam quaecumque patent sub aperto libera Coelo,
Aut eques aut nivei loca densavere Tribuni. ...

ac, multis interjectis, iterum *m*):

O

---

in Theatro jura restituit.

g) XXXIII. 8.

h) In Aug. Cap. II. Sic Plinius l.c. *Hac de caussa constitutum, ne cui jus id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, avoque paterno sestertia cccc. census fuisset, et lege Julia Theatrali in XIIII. Ordinibus sedendi.* Svetonivs vero l.c. in eamdem sententiam: *Quum autem plerique Equitum attrito bellis civilibus patrimonio, spectare ludos e XIIII non auderent, metu poenae theatralis* (i. e., ait Oudendorpius, ignominiae, quae ei inferebatur, qui loco non suo sederet, quum per apparitorem suscitabatur) *pronunciavit non teneri ea, quibus ipsis parentibusque equester census unquam fuisset.* Eruditus lector de hac conjectura quam ὡς ἐν παρόδῳ proposui, arbitretur.

i) Conf. Ep. 8. lib. V ejusdemque libri Ep. 14. 24. 26. 28. 36. etc. Adde Sveton in Domit. c. 8.

k) Obiit enim Plautus A. V. C. IↃLXVIIII. P. Claudio, L. Porcio Coss. Catone Censore. Cicer. Brut. cap. 15.

l) Ecl. VII. v. 26.

m) Ibid. v. 79.

O utinam nobis non rustica vestis adesset!
Vidissem propius mea Numina, sed mihi sordes,
Pullaque paupertas, et adunco fibula morsu
Obstuerunt; utcumque tamen conspeximus ipsum
LONGIVS.

unde et Senecae *verba ad summam caveam spectantia* sunt obsceniora, quae a vilioribus illis proferri solerent; uti jam eruditis compertum *n*).

Haec inquam etsi nostro sint posteriora, omnino tamen ejus quoque aevo obtinuisse dicendum, ut, quid hic sibi voluerit histrio, intelligamus. Nam ex eo, quod ait: *negat hercle ille ultimus*, tum *accedito* etc. clare evincitur, eum ad ultimum quemdam, cui jus non erat in propinquioribus theatri locis assidendi, αποστροφιζειν; quodque sequitur: *vos qui potestis ope vestra censerier* etc. cum ei, de quo antea loquutus erat, manifeste opponatur, id quoque monstrat, ultimum illum, quem compellaverat, ex iis, qui censeri non poterant, puta capitecensis, servis, aliisque id genus homuncionibus, unum esse. His ergo comparatis, liquido illud, ni fallor, tenemus, Plauti quoque aevo eos, qui in censum non deducerentur, ad summam caveam, vel, si mavis, in superiorem porticum, i. e. uti Lipsius *o*) ex Dione Graece vocavit, κλιδα, esse amandatos. Nihil igitur novi statuisse videtur Augustus, cum Suetonio teste *p*) *sanxit ne quis pullatorum media cavea sederet*, i.e. uti haec interpretabatur ad d.l. Torrentius: *Hos voluit sedere in summa cavea, remotissimo a scena et arena, atque hinc loco vilissimo*; sed, ut saepe in hoc negotio factum, non tam jus novum induxisse, quam vetus antiquatum restituisse videtur.

Pergit noster *accedito*, nempe ut rem melius teneas; sed quod statim subdit: *Si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules*, profecto Oedipum suum, haud secus ac vetus illud Sphingis dictatum, requirit. Quem enim constituemus in Theatro locum, eumque Scenae propinquiorem, ubi mendico illi ambulare liceret? Nullo enim pacto huc trahi poterint ambula-

 tio-

---

n) Vide Masseum *degli Anfiteatri* lib. 2. c. 13.

o) De Amphitheatr. cap. 13.

p) In Aug. cap. 44.

tiones illae, ac porticus, quas Vitruvius pone Theatros construi est auctor; eae enim potius a scena remotiorem fecissent spectatorem, quam, quod requirit illud *accedito*, propinquiorem. Videas, Lector, an fortasse de Viis sint haec intelligenda, de quibus sic Tertullianus q): *Nam apud spectacula et in via statur; vias enim vocant cardines balthearum per ambitum, et discrimina popularium per proclivum*: Quibus Tertulliani verbis usus Lipsius r): *In his viis*, ait, *qui locum non habebant, quique ut suo verbo utar, excuneati erant, spectabant stantes* s): atque ad haec revocat facetam illam Martialis t) de Nannejo narrationem, qui a primo gradu a dissignatore expulsus, quum ad tertium *castra*, ut facete Poeta ait, *transtulisset*, inde quoque ejectus

in viam transit,
Subselliroque semifultus extremo
Et male receptus altero genu, jactat
Equiti sedere, Lectioque se stare.

An igitur id sibi voluerit histrio; *licet tibi per vias et ambulare, quo pacto quidem propinquior scenae utique meam vocem clarius audies* u)? Viderint id quidem Eruditi, quos si quid istis rectius noverint, candide impertire, maximopere rogatos volo.

Pergit histrio: *Quando histrionem cogis mendicarier* x). Non omnibus fortasse clarum, qua ratione histrionem *mendicarier* cogere posset θεατης ille, quem alloquitur. Sic tamen se ex his verbis expedivit Lambinus: *histrio, cui obstrepitur, vocem plerumque obtundit clamando; ravi autem contracta, exsibilatur*

q) Spect. c. 20.

r) De Amphith.

s) Vide erudite super hoc Tertulliani loco disputantem Scipionem Maffejum τον πανυ de Amph. Vet. Lib. II. cap. 8. qui hujusmodi viarum usum hoc pacto definit: *Vie si chiamavano i piani delle precinzioni, e le scale; servivano in fatti e quelle e queste di transito, e di sentiere* (quod plane τῳ nostri *ambules* respondet): *e vediamo ancora, come in dette vie stavano in piedi riguardando coloro che giunti troppo tardi, avean trovato i sedili occupati.*

t) Lib. V. 14.

u) Si haec arriserint nonnullus haud improbabit, quod conjiciebam, sic scribendum esse hunc versum: *Si non ubi sedeas, locus est et ubi ambules.*

x) Vetuste pro *mendicare*. Vide Nonium.

tur, atque ita arte histrionica deserta cogitur mendicare. Poterat quidem Vir insignis opportunissimo Plauti loco suam sententiam firmare *y*); ubi sic praeconem alloquitur imperator ille histricus;

Exerce vocem, quam per vivis et colis,
Nam nisi clamabis tacitum te obrepet fames.

Erunt tamen nonnulli, qui hanc Lambinianam interpretationem frigidiusculam ducent, qui non raro apud nostrum frigidulos sales, allusionesque inveniri, meminerint; ea igitur, donec aliquis afferat meliora, contentis esse liceat.

His igitur praemissis, locum certe ex Plauti obscurissimis, sic liceat παραφράζειν: *Jamne hanc rem probe intellexistis? gaudeo profecto. Sed tamen capitecensus ille, qui in summa moratur cavea, rem se negat tenere; vocem enim meam non clare audit. Quaenam est igitur caussa quin accedas? Nam si tibi non est locus pullato in media cavea sedendi, est tamen in viis et ambulandi: Vobis vero, Quirites, qui vestris opibus in censum deducimini, reliquum persolvam, etc.*

Priusquam vero manum, ut ajunt, de tabula, illud monendum duco, quamquam Valerius Maximus *a*) testetur, V. C. A. IↃLXXXXVIIII. S. C. cautum, ut *ne quis in urbe, propiusve passus mille spectans sederet*, id Plauti tamen aevo non convenire, adeoque ejus tempore spectantes consedisse; quod praeter hunc locum adstruunt et ejus alia plura veluti *b*):

Plaudite valete; lumbos surgite atque extollite.

et alibi clarius *c*)

Qui autem auscultare nolit, exsurgat foras,
Ut sit ubi sedeat qui auscultare volt,
Nunc qua assedistis caussa in festivo loco
Comoediai etc.

Vide praecipue Prologum Poenuli, ex quo et in subselliis assedisse patet *d*):

Bonoque ut animo sedeant in subselliis
Et qui esurientes, et qui saturi venerint.

Non igitur de Plauti temporibus intelligendus est Tacitus *e*): *Si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse.*

De

y) Poen. prol. v. 13. 14.
a) Lib. II. c. 4.
b) Epid. vers. ult.
c) Mil. II. 1. 3. seqq.
d) V. 5. seqq.
e) Lib. XIV.

De Parasitis

EXCVRSVS ALTER

SI uno oculi ictu, quae sparsim de parasitis notanda fuerant, lectoribus offerremus, iis haud ingratum facturos confidimus. Neque igitur hic quaecumque a veteribus de parasitis sunt prolata, putes congesta; sed ea tantum, quae ad illustrandum Capteivorum parasitum erant necessaria. De iis ex proposito egisse videtur Bulengerus *a*), sed uti solet, confuse, obscure, ac vix ullo judicio, tum Auctor Satyrae illius quae Epuli parasitici nomine est excusa *b*), qui tamen vix ultra Plautum, ejusque interpretes, sapere videtur. Longe elegantius Nicolai Rigaltii funus parasiticum, sed ita tamen, ut non omnia, quae de parasitis veteres tradiderunt, complectatur.

Fuit igitur hominum quoddam genus, qui etsi liberi *c*), ingenio tamen erant adeo servili atque illiberali, ut nihil vel agere recusarent, vel pati, dummodo eorum venter impleretur. Hos pro temporum diversitate *κολακας, επισιτους, παρασιτους d*) denique Graeci vocavere, Latini, sumta ab iis appellatione, *parasitos*.

Quamdam hi artem se profiteri jactabant, quam parasiticam appellabant, cujus praeter nostrum frequens quoque apud ceteros scriptores est mentio *e*). Quinimmo uti nullam hac arte

a) De Theatris.

b) Excusum est pluries forma 12.

c) Vide nostri Curcul. V. 2. 25.

d) Παρασιτον recentiorem esse appellationem docuit ATHENAEVS lib. VI. p. 237. Primum in scenam inductum docet idem p. 235 ab Epicharmo, cujus scilicet vestigiis noster incubuit. Nam sic intelligenda videntur ea verba: *τον δε νυν λεγομενον παρασιτον Καρυστιος ὁ Περγαμηνος εν τῳ περι διδασκαλιων ευρεθηναι φησιν ὑπο πρωτου Αλεξιδος· εκλαθομενος ὁτι Επιχαρμος εν Ελπιδι, η Πλουτῳ παρα ποτον αυτον εισηγαγεν, οὑτωσι λεγων, κ.τ.λ.* quae perperam vertuntur in Dalechampiana, rectius forsan intellecta in novissima illa, quam praeteritis annis curavit Cel. Schwaeigausherus, quam tamen non adhuc licuit oculis usurpare.

e) ANTIDOT. εν πρωτοχορῳ apud ATHEN. p. 240

Το τεχνιον αει τουτο μοι καταπινετω,
Και παιδομαθης προς αυτο την διατριβην ην.

re dulciorem esse affirmare haud dubitabat parasitus ille apud Antiphanem *f*); sic et eam exstare, et omnibus aliis praestare, tum a quibuscumque clarioribus vetustae aetatis viris, ne heroibus quidem demtis, excultam fuisse, docuerat apud Lucianum Simon ille ipse parasitus *g*). Quo fiebat quoque, ut in hac arte consummatiores, quique novis eam inventis locupletassent, alios in suam disciplinam reciperent, ac tamquam philosophis ex magistro, sic iis ex se facerent appellationem *h*).

Qui igitur hanc artem profiterentur, parasiti, ut a principio diximus, audiebant; quod nomen, uti apud Athenaeum *i*) loquitur Polemon, *νυν μεν αδοξον εστι* *k*), *παρα δε τοις αρχαιοις ευρισκομεν τον παρασιτον ιερον τι χρημα, και τῳ συνθοινῳ παρομοιον.* At de veteribus istis parasitis eorumque honoribus, plura pe-

---

et Diphilus ibidem p. 247.

Το τε φυγοις παρασιθ' ὁρα ὡς
Διασεσυρηκε την τεχνην· ουκ αισθ' ὁτι.
Μετα τον κιθαρῳδων ὁ παρασιτος κρινεται;

f) In Λημνιοις. Vide apud Athen. p. 258. Sic habet:

Ειτ' εστιν, η γενοιτ' αν ἡδιων τεχνη,
Η προσοδος αλλη του κολακευειν ευφυως;

Deinde variarum artium incommodis enumeratis, subdit:

Ἡμιν δε μετα γελωτος ὁ βιος και τρυφης.
Ου γαρ το μεγιστον εργον εστι παιδια.
Αδρον γελασαι, σκωψαι τιν', εκπιειν πολυν.
Ουκ ἡδυ; ἐμοι μεν μετα το πλουτειν δευτερον.

g) in Dialogo περι παρασιτου, ητοι ὁτι τεχνη ἡ παρασιτικη. Hanc artem sic ibidem definit: παρασιτικη εστι τεχνη ποτεων, και βρωτεων, και των δια ταυτα λεκτεων· τελος δε αυτης, το ἡδυ.

h) Sic certe Terentianus Gnatho Eun. II 2.28.

Ille ubi miser, famelicus, videt me esse in tantum honorem,
Et tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obsecrare,
Vt sibi liceret discere id de me: sectari jussi,
Si potis est; tanquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis
Vocabula, parasiti itidem, ut Gnathonici vocentur.

i) pag. 234 Dalech.

k) Turpes fuisse parasitos ac viles patet vel ex Luciani Simone, ubi ΤΥ. και συ αρα παρασιτος; ΣΙ. παλυ ονειδισας, ω Τυχιαδη. ΤΥ. αλλ' ουκ ερυθριας παρασιτον σεαυτον καλων, κ.τ.λ.

K

pete ex ipso Athenaeo; nos enim parasiti nomine eos tantum intelligimus, quos vel a principio sumus professi.

Hi ergo quum hujusmodi essent, ut nihil pensi, dummodo ventri obsequerentur, haberent, projecta omni decoris specie, ut cibos coenasque venarentur, nihil reliqui faciebant. Atque hinc saepe *ακλητοι*, i.e. uti noster loqui amat, invocati *l*) aderant tamen in conviviis, idque ut Graecus expressit *κατα το εωτος m*), ex consueto, quo fiebat ut ipsos *μετα το κατα χειρας ὑδωρ ακουομενους* appellarent. Hinc quando praecipue nuptiales epulae instruebantur, quibus vel maxime gaudebant parasiti *n*), cernere erat, hos a nemine vocatos advenire, et cum ceteris in mensis assidere *o*): qua de caussa saepe eos inviti ad prandium vocare cogebantur; sciebant enim, si secus fecissent, invocatos esse venturos *p*); in quo ipso adeo erant molesti, ac citra ullum pudorem pertinaces, ut *μυιων* muscarum nomen, vel inde maxime essent sortiti *q*). Ex quo noster Ergasilus, se scortum *r*) a juvenibus appellatum inquit, quod non secus ac scorta, invocatus adesset in conviviis, in quo lusum esse in verbo invocandi, jam docuerunt interpretes. Vide nos ad eum locum *s*).

Hinc patet, quo pacto se quasi mures alienum semper cibum edere asserebant *t*): quum enim perpetuo gauderent, ut Graecus

---

l) Supra Act. I. Sc. I. v. 2.

m) ALCIPHR. lib. 3. Ep. 66.

n) ALCIPHR. 3. 49, qui et alibi Parasito nomen indit *γαμοχαιροντι*.

o) *Και προ γαμηλιοντι (συνδειπνεω) πριγα κουδεν δει καλειν.* ALEXIS Comicus apud Athen. lib. VI. p. 235.

p) *Καλω δε Χαιρεφωντα, και γαρ μη καλω Ακλητος ηξει.* APOLLODORUS Comicus in *Σφαττομενη* apud ATHEN. p. 243.

q) *Δειπνειν ακλητος ειμι μυια.* ANTIPHAN. apud eumdem pag. 238.

r) Vide supra Act. I. Sc. I. v. 2. Saepe apud Plautum Parasiti ridiculas sibi inditas ajunt appellationes, quae eorum mores et ingenium non sine lepore ostendat. Talia sunt Peniculum in Menaechm. I. 1. 1. Gelasimus in Sticho I. 3. 20. Miccotrogus ibidem 1. 3. 88. etc. Pari modo et hic *Scortum*.

s) Supra pag. 92.

t) Noster Act. I. Sc. I. v. quae eadem verba repetit Pers. I. 2. 6.

Pater, avos, abavos, atavos, tritavos
Quasi mures semper edere alienum cibum.

Quod expressisse videtur ex illo ARISTOPHANIS p. m. 592. *πατρῷος ὁ βιος συκοφαντειν εστι μοι.*

cus ait *u*), *δειπνων ηδονας ασυμβολους*, tantum sibi quod foris ederent, prodesse dictitabant *x*) atque beare; domicoenium cane pejus et angue effugiebant *y*). Habebant ergo suos quisque *τρεφοντας a*); sic enim Graeci modestius eos appellare consueverunt, quos latini *Reges b*), vel quoque, crescente adulatione, *Genios suos c*), ac *Joves terrestres d*); quorum quum gratiam captare, ac benevolentiam vel maxime studerent, iis quadam se affinitate conjunctos simulabant, ac, si quando se alienos appellari conspicerent, irascebantur *e*). Tum etsi nulla sane molestia eorum res adversas, dummodo sibi victus haud deficeret, pati facile possent *f*), simulabant tamen, se maxime in eorum dolore, adversisque rebus angi ac lacerari *g*). Quibus sibi fallaciis Reges suos, ut ipsi dicere consueverunt, obtinebant *h*). Hinc quoque fiebat, eos effronti adulatione suos hos Regesce prosequi, ex quo factum est ipsis quoque apud Graecos *κολακων adulatorum* nomen. Notiores sunt, quam ut hic egeant memoratu, Artotrogus ille, apud nostrum *i*), apud Terentium *k*) vero Gnatho ambo glorioso militi *κολακευοντες*, cujus postremi operae erit pretium paucis hisce verbis praecepta audire *l*):

f Est

u) Timocles in Dracontio apud Athen. lib. VI.

x) Vide supra Act. I. Sc. II. v. 34.

y) Vide Peniculum in Menaechm. I. 1. 29

a) Vid. Alciphr. Ep. 1. 21. et 3. 57. etc tum Lucian. in Παρασιτῳ, ceteros.

b) Asin. V. 2. 69. Stich III. 1. 2. Terent Phorm. II. 2. 4. Hinc Jocus Martialis. Ep. 2. 18

c) Vide supra IV. 2. 99. et compara Curc. II. 3. 22. et V. 2. 29. Men. I. 2. 29. Stich. II. 2. 48. etc.

d) Pers. I. 3. 12.

e) Supra I. 2. 45. ibique notas.

f) Vide supra I. 2. 26. seqq.

g) Ibid. v. 30. seqq.

h) Stich. III. 2. 2.

i) In milite glorioso Scena I. Act. I. ubi inter alia parasitus:

venter creat omnes has aerumnas. auribus
Peraudienda sunt, ne dentes dentiant,
Et assentandum est quidquid hic mentibitur.

tum paucis interjectis:

PY. *Edepol memoria est optuma.*
AR. *Offa me monet.*
PY. *Dum talem facies, qualem adhuc, assiduo edis:*
Communicabo te semper mensa mea.

k) In Eunucho.

l) Eun II. 2. 17.

Est genus hominum, qui esse primos omnium se rerum volunt,
Nec sunt: hos consector: hisce ego non paro me ut rideant,
Sed eis ultro arrideo, et eorum ingenia admiror simul.
Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque.
Negat quis, nego, ais ajo: postremo imperavi mihi
Omnia assentari: is quaestus est nunc multo uberrimus.

Quae nisi fallor expressa videntur e Graeco Eubuli *m*): apud quem ait Parasitus, se, ubi quemdam *ἀνδρ' ἠλίθιον πλουτοῦντα δὲ* conspiciat, statim eum adire, *χαιρ τι τυχῃ λεγων ὁ πλουτεξ, πανυ τουτ' επαινω, κ.τ.λ.* Ad haec quoque refer Terentiana *n*) illa, ubi parasiti impudentiam notat Cicero semper amplius aliquid, ac interrogabatur, reponentis:

TH. *Magnas vero agere gratias Thais mihi?*
GN. *Ingentes.* TH. *ain' tu laeta est?* GN. *non tam ipso quidem*
Dono, quam abs te datum esse, id nunc serio triumphat etc.

tum apud nostrum *o*):

PY. *Habes tabellas?* AR. *Vis rogare habeo et stilum.*
PY. *Facete advortis animum tuum ad animum meum.*
AR. *Novisse mores me tuos meditate decet,*
Curamque adhibere, ut praevolet mihi, quod tu velis.

Illud quoque parasitorum erat veluti proprium, ridicula scilicet tum dicta, tum facta, quae et ipsis ridiculorum saepe indidit appellationem *p*). Hinc se nugis vivere profitebantur *q*), quibus et aliquando menstruales epulas adipiscebantur *r*); ridiculorum vero, ut dicebant, logorum *s*) libros habebant, e quibus ubi occasio tulisset, quae in rem facerent excerpebant *t*). His freti, si minus res essent secundae, eos coena vel prandio venales exponebant *u*); dotisque nomine filiabus suis Atticos logos ridicu-

---

m) In *κολαξι*. apud ATHEN. lib. VI.

n) Eun. III. 1. 1.

o) Mil. I. 1. 38.

p) Supra III. 1. 10. et 17. Adde Rud. I. 3. 17. Stich. II. 2. 63. TERENT. Eun. II. 2. 13.

q) Curcul. 5. 2. 6. PL. *Nugas garris.* CV. *Soleo, nam propter eas vivo facilius.*

r) Supra III. 1. 22.

s) Stich. II. 2. 75.

t) Ibidem

u) Vide Stich. I. 3. 68. seqq.

cultus spondebant x). Vt enim Attici sales dicacitate sua ac urbanitate maxime auditores delectabant: Siculi vero frigidiores ac vix memoria digni ducebantur; sic illis praecipue addiscendis operam dabant parasiti, quo magis voluptati essent auditoribus a). In ridiculis autem apud Graecos maxime gloriam obtinuisse Euclidem Smicrini F. et Philoxenum cognomine πτερνοκοπίδα, Lynceus Samius apud Athenaeum b) testatus, illud tamen addit; ὧν ὁ μὲν Ευκλειδης αποφθεγγομενος ουκ αξια βιβλιου και μνημης, εν τοις αλλοις ην αηδης και ψυχρος. Adeo autem ridicula parasitorum erant propria, ut qui multa hujusmodi haud proferret, foras, ut Eubulus c) ait, excluderetur: δει χαριεντα πολλα τον κολακ' ευθυς λεγειν, η φερεται θυραζε.

Vti vero haec omnia parasiti ad Regum sibi gratiam conciliandam agebant; sic nihil vel facere gravabantur, vel pati, dummodo profundissimo eorum ventri consultum iretur. Iis praecipue utebantur in rebus ερωτικοις, uti millies apud nostrum d), adolescentes; iis, quae gratissima tamen ipsis erat provincia, et ad obsonandum e). Tum nulla adeo gravis erat contumelia, quam ipsi risum astantibus praebituri pati

f 2 de-

x) Ridiculissime Pers. III. 2. 60. seqq.

VI. Ergo istuc facito, ut veniat in mentem tibi,
Me esse indotatam. SA. cave sis tu istuc dixeris.
Pol deum virtute dicam et majorum meum,
Ne te indotatam dicas, quoi dos sit domi.
Librorum eccillum habeo plenum soracum;
Si hoc accurassis lepide quoi rei operam damus,
Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi,
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis:
Cum hac dote poteris vel mendico nubere.

a) ALCIPHR. 3. 43. και αναπαιστα ευκροτα επιλεγοντες αυτοσχομματων αστικων και ευχαριτων Αττικων, και αιμυλιας γεμοντα κ.τ.λ.

b) Lib. VI.

c) ibid.

d) Vide in Asinaria, Curculione, Bacchidibus, Persa, etc. tum TERENT. in Phormione. Atque hinc illud Graeci comici de Parasitis apud ATHEN. lib. VI.

Ερᾳς; συνερανιστος απροφασιστος γινεται.
Πρασσεις τι; πραξει συμπαρων ὁ π αν δεῃ

e) Supra Act. III. Sc. 1. v. 14.

detrectarent *f*). Hinc se, dummodo saturos, vel in crucem ituros affirmabant *g*), plagisque patiundis ακμονας, και κονδυλους appellabant *h*). Iis igitur solebant aliquando vel aulae in caput quati *i*), vel colaphi impingi *k*), vel denique alia hujusmodi, quorum plurium mentio est apud Alciphronem *l*). Quae si qui essent, qui pati haud sustinerent, fames iis et mendicitas obtingebant *m*).

Ex eorum vero impudentia canes videntur appellati. Hoc nomine parasitos significabat quidem Pollux *n*); noster vero venaticos canes parasitos appellat, quum res sunt prolatae, quia tum maxime coenas venari solerent, ac cibos; Molossi-

---

f) Hinc Alciphro 3. 3. vocat παντα υπομενειν ανεχομενους υπερ του την απληρωτον εμπλησαι γαστερα. Adde illud in Anthologia lib. II.

Ω γαστερ κυνομυια, δι' ην κολακες παρασιτοι
Ζωμου πωλουσι θεσμον ελευθεριης.

g) Vide Stich. IV. 2. 45. et Perf. II 1. 65.

h) Apud Athen. lib. VI., alibi δη τις τυπτεσθαι, μυδρον. Adde Axionici Comici locum in Χαλκιδικῳ apud eumd. Athen. ibid.

Πληγας υπομενων κονδυλων, και τρυβλιων
Οστων τε το μεγεθος τοσαυτας, ως τε μι
Ενιοτε πολλαχιστον οκτω τραυματα
Εχειν κ.τ.λ.

Confer quoque Parasitum apud Alciphronem 3 6.; qui de se sic inquit: το προσωπον δε τας επαλληλους πληγας ουκ ανεχεται, και κινδυνευω τοιν οφθαλμοιν τον ετερον συσταληναι, υπο των ραπισματων ενοχλουμενος. Hinc ipsi Plagipatidae.

i) Supra I. 1. 21. et compara Curcul. III. 22. Apud Alciphron. 3. 45. sic parasito parasitus: ακουω γαρ και τον κατωπυγωνα και θηλυδριαν περικαταξαι σοι την φιαλην, ως τα θραυσματα λωβησασθαι σοι την ρινα και την δεξιαν σιαγονα, κ.τ.λ.

k) Supra I. 1. 20. Adde Alciphr. 3. 70.

l) Plura enumerat, non uno loco. Primum 3. 48. τουτο μεν πιττουμενος την κεφαλην, και γαρ τους οφθαλμους ραινομενος· τουτο δε αυτη πλακουντος, των αλλων αμητας εσθιοντων, και σησαμουντας, αυτος μελιτι δεδευμενους λιθους απετραγον. Η δε Υακινθις κυσιν αιματος πληρωσασα, καταρρηγει μου της κεφαλης. κ.τ.λ. Alia habes et 3. 51. etc.

m) Supra I. 1. 22. Terent. Eunuch. II. 2. 13. Alciphr. 3. 49.

n) Onomast. 6. 28. ειποις δ' αν Και κυων προσσαινων, etc.

sicos vero, i. e. incommodos atque superbos, quum res redierunt; tum enim auxilio eorum ac fiducia, qui ipsos ad coenam vocitabant, freti, ceteros spernere atque animos sumere solebant. Vocabant vero et alia ratione canes, quod cibos videlicet venarentur, ac fercula; quod se apud Lucianum *o*) magis, ac canes, facere gloriatur Parasitus: *του μεν γαρ λαγως διωκει μαλλον των κυνων*. Quae verba plane cum nostri *p*) conveniunt, ubi Senex parasitum leporem venari jubet.

Quum vero supparasitationibus suis, vel alio quoque modo cibum sibi comparassent, basilice tum ac inflare eos se efferre erat conspicere, aliis minari, alios collaudare *q*); at contra si minus res prosperas aut domicoenium passi fuissent, nullum adeo erat quaerulissimum hominum genus, quod magis ac parasiti vel fortunas suas expostularent, vel mortem sibi consciscere decernerent *r*). In quo tamen, ut in aliis rebus omnibus, amicos advocabant in consilium, qui quid sibi facto opus esset, suggererent *s*).

Plura quoque addi de parasitis possent, si omnia, quae de iis veteres, recoquere statuissemus. Sed haec ad nostri Ergasili verba illustranda jam satis esse videntur.

o) In Dial. *περι παρασιτου*. Tom. ubi Parasitos antiquos mores semper laudare conspicimus, ac praesens infortunium conqueri.

p) Supra I. 2. 81.

q) Vide supra IV. 1.

r) Supra I. 1. et Stich. I. 3. etc.

s) Stich I. 2. 77. et noster Ergasilus III. 2. 47. et IV. 2. 2.

ADDENDA

Hucusque processerant operae, quum tandem e Germania diu expectatae ad me denique pervenerunt recentes Plauti editiones inibi a Doctis Viris curatae, e quibus quum nonnulla adnotanda esse conspicerem, aliaque quaedam aliunde haberem, quae commentario jam excuso, ad mentem recurrissent, ea nunc tibi, Lector patientissime, in opusculi calce, duximus exhibenda.

Ad prologum.

v.10. *Patri hujusce*) Sic Codd.; Brunckius, quem sequutus est Span, dedit *hujusce patri*.

v.24. *Alios*) Hoc nomine intelligi Eleos ab Elide Peloponnesi urbe praeclare observavit Turnebus. Sed cur Plautus pro vulgato Elide et Eleis usus est semper *Alide* et *Aliis*? Equidem sic censeo, Plautum ipsorum Elidensium dialectum imitare voluisse, qui dorice numos suos inscribunt, de quibus vide Eckhel. Tom. II.p.265., quosque nuper injuria iis abjudicasse videtur Cl. Sestinius. Et sic, uti mittam doricos auctores, qui semper Ἆλιδα proferunt (vide Pindar.Olym. 1.126.IX.12.etc.Theocr.XXII.156.) Eleus Jupiter a Graecis Ἄλιος semper appellatur, quam vocem Stephano restituendam Codd.omnes contra Gronovium testantur. Et sic quoque Callimachus apud Pynd.Schol.ad Olymp.X.59.

31. *Equitem*) Cl. Span e vetusto Cod. Vienn. legit *militem Alium*.

Act. I. Sc. I.v.7. *Verum, hercle!*) Vulg. *Verum hercle, verum* etc. frigide.

13. *Suo sibi suco*) Symmachus Ep. I.27. *Ajunt cocleas, quum sitiunt aeris, atque illis de coelo nihil illiquitur, succo proprio victitare*. Vide ibi notas.

17. *Venatici canes*) Sic quoque e vetustis Codd. dedit Cl.Span.

33. Post hunc versum Brunckius inserit ea quae in Codd. omnibus, atque editis leguntur in Scena seq.v.16. ad 22. Hanc audaciam nollem in editione sua quoque admisisset Cl.Span.

Sc. II.v.9. *Post illam*) Brunc. et Span *postilla*, quae fuit Vett. quarumdam Edit. lectio.

32. *Misera macritudine*) Brunck. recepit Nonii lectionem *mi-*

ser

fer a macrit., et sic quoque Span.

45. *Alienus etc.*) Propert. l. 15. v. 32.

Sis quodcumque voles, non aliena tamen.

82. *Dixti*) Brunck. Span, et Schmieder *duxti*; sed hac emendatione opus non esse jam vidimus.

66. Brunck. *nam eccum hic capt. adulesc. habeo Alium* contra omnes Codd. Ceteras Brunckii emendationes hujusce furfuris, qui cupit, ex illius editione haurire potest. Nos enim neque in iis memorandis, neque rejiciendis operam volumus insumere.

82. *Commetat*) Sic quoque Brunc. et Span.

Act. II. Sc. III. v. 11. *Tute tibi ea etc.*) Brunck. *tute tibi a tuopte ing. etc.* Boxhornium sequutus.

Act. III. Sc. I. v. 15. *Barbarica lege*) Interpretum anachronismum, quem nos ad hunc locum adnotavimus, deprehenderat quoque Cl. Span, qui hac lege indicari credit Gabiniam, atque XII. Tabulas.

Act. IV. Sc. II. v. 77. *Tu nae*) Sic restitui e Codd. qui habent *tune*; Vulg. *tute*.

Act. V. Sc. II. v. 24. *Per tuum Genium*) Tibullus IV. 6.

Mutuus adsit amor; per te dulcissima furta,
Perque tuos oculos, per Geniumque rogo.

FINIS OPVSCVLI

INDEX I.

RERVM ET VERBORVM

Mo-

IN-

INDEX II.

AVCTORVM

POL-